





22
29



Kr.







STATUTA
MUNICIPALIA.
PROVINCIAE TRANSYL-
VANICÆ.





STATUTA
MUNICIPALIA
PROVINCIAE TRANSYLVANICÆ FRATRUM MINORUM STRICTI-
ORIS OBSERVANTIAE, SUB PATROCINIO S. & APOSTO-
LICI REGIS STEPHANI Deo famulantium.



Accedente

Libero compromisso cunctorum Provinciæ Discretorum, & Su-
periorum actualium in intermedia Venerabilis Diffinitoriæ Congre-
gatione vim Capituli habente, ex sacris Canonibus, Apostolicis San-
ctionibus, generalibus Ordinis, & almæ Provinciæ veteribus, ac re-
centioribus Constitutionibus, Anno M DCC XXVIII. in hoc corpus
redacta, præmissóq; rigidissimo revisorum, à Reverendissimo Patre
Ministro Generali specialiter deputatorum examine, in proximè
præterito Capitulo generali Anno M DCC XXIX. celebrato
approbata, impressa verò


Jussu Superiorum

Typis nostri Venerabilis, & principalioris Conventus B. V.
Visitantis. M. DCC. XXX.

176
1589

CENSURA REVISORUM.

Nos infrascripti, post fidelem, ac accuratam revisionem nobis strictè demandatam, præsentia Statuta Municipalia nostræ Regulæ, declarationibus præsertim Nicolai III. & Clementis V. aliisq; Apostolicis sanctionibus, sacris Canonibus, & Ordinis Constitutionibus generalibus, præsertim pro Strictiori Observantia editis, planè conformia reperientes, observantiaq; Regulari, & disciplinæ confonvendæ, ubi verò opus fuerit etiam restituendæ, plurimum conferentia censentes, ut typi beneficio quam primum publicam lucem aspiciant, harum serie digna esse judicamus. Datum Mediolani in Conventu S. Angeli. 11. Junii. 1729.



Fr. CASPARUS Szente Custos Provinciæ S. Mariæ Hungariæ, & Lector Generalis. m. p.

Fr. SIGISMUNDUS Neudecker Lector Jubilatus, bis ex Provincialis, & Custos actualis Provinciæ Bavariæ. m. p.

Fr. GERARDUS Pataki SS. Theologiæ Lector Generalis, Minister Provincialis Provinciæ Hungariæ SS. Salvatoris. m. p.

Fr. ANDREAS Pordanyi Provinciæ S. Mariæ Hungariæ Pater Emeritus; ex Diffinitor Generalis immediatus. m. p.

AP-

APPROBATIO

REVERENDISSIMI PATRIS MINISTRI GENERALIS TOTIUS ORDINIS.
Fr. Joannes de Soto, Lector Jubilatus, Catholicae Majestatis in Re-
gali congressu pro Immaculata Concepcione Theologus, Indiarum Com-
missarius, ac totius Ordinis Minorum S. P. N. FRANCISCI Mi-
nister Generalis, & servus.

Quandoquidem Statuta Municipalia nostræ Reformatæ Pro-
vinciæ Transylvanicæ à quatuor Revisoribus per nos spe-
cialiter deputatis fideliter revisa, & examinata, eorumque calcu-
lo sacræ nostræ Regulæ, genuinis ejusdem Declarationibus &c.
conformia esse noscantur, ad humilem Fratris Patris Alexij Csató,
præfatæ neo-erectæ Provinciæ Ministri Provincialis instantiam,
harum nostrarum serie facultatem impertinunt, ut eadem pro ma-
jori DEI gloria, observantiae, & disciplinæ regularis bono, preli
beneficio publici juris facere valeat, ac possit. Datum Mediolani
in Conventu nostro S. Angeli. 12. Junij. 1729.

L. S.

Fr. JOANNES de SOTO
Minister Generalis m. pr.

De mandato Reverendissimi in Christo Patris
Fr. HILARIUS Maria Banduri Secretarius Ge-
neralis Ordinis.

FACULTAS

ADMODUM R. PATRIS MINISTRI PROVINCIALIS.

Fr. Alexius Csató Ordinis Minorum S.P.N. Francisci Provincie Transylvanicæ Strictioris Observantie, Tituli S. Regis Stephani Proto-Minister Provincialis, & Missionum Apostolicarum Praefectus.

PRESENTIA Statuta nostræ Provinciæ Transylvanicæ, multâ so-
lertiâ adaptata, & à deputatis in proximè præterito Capitu-
lo Generali revisa, examinata, & desuper ab ipso etiam Reveren-
dissimo Patre Ministro Generali approbata, ut typo mediante pu-
blico bono Provinciæ subservire possint, præsentium serie, manus
propriæ, publicoque officij sigillò appressam fa-
cultatem dedi Fratribus Typographis no-
stri Conventus B. Virginis Visi-
tantis. Cibinij Die 11.
9br. Anno 1729.

L. S.

Fr. ALEXIUS CSATÓ
Minister Provincialis.
m. pr.

PRÆ-

PRÆFATIO CONTESTATIVA

VENERABILIS DIFFINITORII, ad presentes Alma Provincie, & futuros Superiores, nomine omnium illorum qui in horum Statutorum editionem consenserunt.

STatuta, Constitutiones, Decreta, & quæcunque; demum provisiones in Ordine sacro, & quacunque ejus parte, sepimenta sunt sacrae Regulæ, & disciplinæ Religiosæ, tanquam horti deliciarum Cœlestis Sponsi, qui hortus signanter, & specialiter est Religio Fratrum Minorum oraculo Apostolicò Sanctissimi Domini Clementis V. in suo Decretali; *Exiri de Paradiſo*, dixi rigabo hortum plantationum, quæ quantumcunque firma sint, nisi etiam ostiis eorundem, impiger, & una vigil custos continuo instet, neesse est pessundari; Hinc, si non iisdem verbis, quibus olim Reverendissimus Pater Minister Generalis Petrus Manero, totius Ordinis Prælatos commonefaciebat, certò nec sensu, nec animo absimilibus monitos voluimus omnes quidem respectivè Superiores hujus almæ Provinciæ, signanter nihilominus, & imprimis Ministros Provinciales, ut quatuor hujus horti ostiis continuo invigilent, nî à stygio veteratore curæ suæ commissum olim irrecuperabili damno si non excisum, saltē magna ex parte proculatum sine fine deflere cogantur. Primum ostium esto, per quod è Seculo in Religionem intratur, examinando spiritus vocationum, dotes naturæ, ingenii indolé, & qualitates viventium; Nam si Religionem intrent legnes, viles, ignoti, inde voti, & non vocati Cœlesti auxilio, manent semper pessimi tyrones, in confusionem militiae Seraphicæ, nec unquam evadent fervidi, & veterani milites. Nec vos fallat vanum desiderium multitudinis, quando Seraphicus Pater dixit: *Utinam in mea Religione essent tam rari Fratres, ut qui videret unum, tanquam de novo spectaculo miraretur*; Ambiamus igitur numerū virtutum, & abigamus numerum muscarum, quæ Religionem non mellificant, sed commaculant. Cum non minoris periculi, æquè, ac piaculi sit, ingredi permettere ad custodiā hujus horti, ad recommendationem præciupè, & instantiam quorumcunque Potentatuum, antesignanos majores, minoresve contra toties repetitas Apostolicas, ac nostri Ordinis constituti-

tutiones; Ostium igitur secundum nemini eorum patens esto, qui nimis chorū aut ratiō, aut planē non frequentant, orationi segniter, & cum tādio vacant, communem vitam in vietu vel maxime vēstitū, &c. sine necessitate, & legitima Superiorum facultate non sequantur, qui denique spiritu solidæ humilitatis careant (ex fructibus eorum cognoscetis eos , nec diu latere potest quomodo cūnque ad tempus palliata, & latens superbia) qui paupertatem non tantum refugiant, sed nec ulla ejus occurrentia incommoda sine stomacho ferre velint, ae nullius planē virtutis cæteros præcellant exemplō. Tertium ostium ab excubitoribus custodiendum est, scilicet perfecta observantia Regulæ, & Statutorum etiam in minutissimis, nam si parvula rima contra observantiam patescit, tota fabrica Religionis inevitabilis ruina cadet miserè prostrata. Incumbit etiam Provincialibus præcipue quartum ostium custodire ; scilicet aditum frequentis, & inutilis conversationis sacerularis, otiosi enim discursus, & evagationes, spiritus fervorem extingvunt, observantia Regulari relaxationem, Claustris dedecus, Religioni ruinam, & Sæculo scandalum apta nata sunt generare, consequenter nullus similiūm potest esse in oratione integer, in Missa devotus, in choro frequens, minus fervens, in mensa parcus, in Claustro modestus, & in disciplina compositus, Frater enim desideriis saceruli irretitus, est sacerulari spiritu, & habitu tenus phantasticus Religiosus. Hæc dilectissimi in Domino Admodum RR., ac Reverendi Patres Prælati hujus almæ Provinciæ excubitores, si pari animo, & correspondente praxi acceperitis, nullum dubium, quin fructus dulces gutturi Sponsi Cœlestis, & vobis sine fine datura pro fideliter exentatis laboribus reportaturi sitis præmia meritorum.

* Significat Revisorum iudicium, & modificationem. " Simpliciter cum affectione Annorum signat constitutiones antiquiores, & recentiores Provincie; Reliqua ejusmodi signa aliande constant quid signent.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

INCIPIUNT CONSTITUTIONES ALMÆ PROVIN-
CIAE TRANSTYLVANICÆ FRATRUM MINORUM STRI-
CTIORIS OBSERVANTIAE.

CAPUT PRIMUM.

Venerabile D. finitorium, & Discretorium nostræ neoc-
eretæ Provinciæ Transylvanicæ Fratrum Minorum Stri-
ctioris Observantiaæ, tituli S. Regis Stephani, nomine o-
mnium qui in hanc compilationem consenserunt, promittit,
protestaturque ad mensuram gratiæ divinæ, velle pro viri-
bus observare.

I. Regulam Fratrum Minorum, juxta declarationes sum-
morum Pontificum, signanter Domini Nicolai III. & Clem. V.
nec non Innocentij XI. quæ incipit: *Solicitudo Pastoralis Officij*.

II. Constitutionem item piæ memoriæ Sanctissimi Domini
Clem. VIII. de interdicta largitione munierum Regularibus utri-
usque sexus, incipientem: *Religiosa Congregationes*, juxta declara-
tionem, & confirmationem à Sanctissimo Domino Urbano VIII. 1599.
editam, quæ incipit: *Nuper à Congregatione*. 15. Jun.

III. Constitutiones porrò memorati Sanctissimi Domini Clem. VIII. pro Reformat. Regularium; Item ejusdem de rece-
ptione, institutione, educatione, & professione novitiorum editas. 1603. 19. Martij.

CAPUT SECUNDUM.

*De receptione fugientium sacerdotium, educatione, & professione no-
vitiorum; De apostatis, gradibus, & pœnis apostasie; Item de in-
corporatione exterorum, nec non de forma, & modo vestiendi.*

§ I.

*De receptione fugientium sacerdotium, educatione, & professione no-
vitiorum.*

I. **Q**uandoquidem oraculô Apostolicô, & experientiâ magi-
strâ compertum sit, totam salutem, & ruinam Reipu-
blica Religiosæ pendere à receptione, & educatione novitiorum,

ea de causa seriò inculcamus Venerab. Disfinitorio, exactam omnium eorum observantiam, quæ circa hæc à Sancta Sede Apostolica, Sacris Canonibus, & Constitutionibus generalibus ordinata dignoscuntur.

II. Proinde propriâ experientiâ, & malô nostrô edocti, quædam in hac Provincia ab antiquo constituta ratihabentes confirmamus, quædam verò ex ipsis Apostolicis Constitutionibus, & Statutorum Generalium pro Strictiori observantia editis ordinationibus in memoriam singulariter revocantes, omnimodæ executioni demandanda proponimus.

III. Nullus ad habitum novitiorum admittatur, nisi priùs *Conf. cum* constiterit ipsum habere conditiones requisitas à Xisto V. vide de omnib. licer, an sit legitimo matrimonio natus; Quod non commiserit Ecclesia- homicidium, vel simile delictum; Quod non sit inquisitus, aut sticis. bannitus; Quod non habeat debita, quæ excedant suas facultates; Quod non sit obnoxius reddendis rationibus de administratione bonorum, aut æris alieni.

Clem. VIII. IV. Præterea non concedatur habitus nostræ Religionis, de *Paul. III.* scendentibus ab Hebræis, vel Mauris, vel ab alijs hæreticis, quo-*Gregor.* rum corpora, seu statuæ fuerunt combustæ, usque ad quartam *XIII.* generationem.

V. Qui recipiendi sunt ad habitum, sint Catholici, de nullo errore suspecti, matrimonio non ligati, corpore, & mente sani, nullâ publicâ infamiâ notati, & excesserint 15. annos ætatis, & si pro Clericis recipiendi sunt, lingvam latinam bene intelligent, qui etiam Confirmationis Sacramentum receperint saltē ante Professionem si erit possibile.

Clem. VIII. VI. Eisdem conditiones debent habere, qui pro Laicis recipiuntur præter lingvam latinam, & ætatem, quia nullus pro novit. Laicis recipi potest infra vigesimum ætaris suæ annum, & ultra trigesimum, nisi esset adeo notabilis persona, ut ejus receptio, & sæculo ædificationi, & Religioni decori foret.

1728. VII. Pro more, & consuetudine hujus Patriæ, quia apud nos totius Anni decursu, diebus tam Dominicis, quam Festis continua sit praxis concionandi, ut de aliis extraordinariis funeralibus vel maximè (quibus ut plurimum etiam diversarum hæresum

resum sectatores utpote tollerati, sese immiscere solent) altum
fileamus; Quodque pondus addere videtur, omnes fere sacer-
dotes pro moderna rerum circumstantia, donec ad justum nu-
merum exercecamus, ad prædicandum applicentur, consultò
admonetur Ven. Diffinitorium “ ut in recipiendo pro Clericis “ Deere.
singularem habeat delectum, & tales recipiat, de quibus indubia Mi. Ge-
spes sit in litteris eximiè proficiendi, nam è contrario, suo tem-
pore, non nisi errorum satio, Religionis confusio, & populorum
scandalum sunt apta nata sequi; Sin vero litteris, & scientia minus
exculti, vel ex necessitate Superiores instituantur, præsumptuosi
fiant, t. libus enim proprium est defecatum hunc præsumptione
supplere.

VIII. Non recipientur extranei, quorum notitia haberi non
potest, nisi habuerint testimonium autenticum de natalibus,
moribus, scientia, & de bona conversatione, vita, ac ceteris re-
quisitis ad præscriptum Constitutionum, & ordinationum
Apostolicarum.

IX. Religiosus alterius Religionis non recipiatur, si non at- Vallis. 1593.
tulerit testimonium de vita, & moribus, à Superioribus suis, &
recepimus agat novitiatum, sicut & illi qui de sèculo venerunt.

X. Prohibemus sub nullitate receptionis, admitti ad S. habitū 1721.
illos, qui olim in aliqua Religione, vel maximè reformatā novi-
tii fuerunt.

XI. Statuitur ne indiscriminatim quicunque formaliter Laico- 1724.
rum habitu investiantur, sed primū sine caputio, in habitu
Tertiiorum, frugi illorum experimentum fiat medio Anno, ac
etiam amplius, ad dispositionem Ministri Provincialis, & à ca-
putii receptione noverint se novitiatum inchoasse; Nisi cum ali-
quo noto, & compertæ virtutis aliud aliquando faciendum ju-
dicaretur.

XII. Confirmatur, & inviolabili executioni mandaturanti- 1701.
qua Ven. Discretorij dispositio, nempe: Sufficere ad examinan-
dum fugientes à sèculo (ob alterius Diffinitoris in longinquō
positi absentiam) cum Ministro Provinciali unum Diffinitorē
actualem, & alterum habitualem.

XIII. Quia, & Diffinitorio, de longinquis frequenter con- 1728.
gre-

gregando nimis molestum, Magistris onerosum, ipsorumque novitorum debitæ institutioni deordinatum videtur, ad sacram habitum consusim, & pro quacunque occurrentia recipere; Propterea duo anni tempora determinantur pro recipiendis novitijs: Mensis Junius, & October, nisi Ven. Diffinitorio in raro casu cum aliqua persona qualificata, ac indubia virtutis, aliud facere visum fuerit.

Sixtus IV. XIV. Habitum Religionis suscipientes ex indulto Apostoli-
Const. Re- co à Generalibus, Provincialibus, & ipsorum Vicarijs possunt
gimin. absolvī à censuris, & dispensari in omni irregularitate.

Clem. VIII. XV. Novitij statim, ac Religionem fuerint ingressi, tenen-
pro recep. tur facere confessionem generalem.

Ideu. XVI. Pro educatione novitorum deputentur in Capitulo,
vel Congregatione, Conventus remoti, & apti pro spiritu, &
extra formalem noviciatum nullus novitus longo tempore deti-
neatur, cum non possit institui sicut decet.

1728. XVII. Expensis mature utrinqe rationibus, absolute, & sub
nullitate interdicitur, illegitimisque declaratur noviciatus pure
nationalis, nisi forte defectus esset ex una, alterave parte ad sa-
cram Religionem confugientium; Quinimò ordinatur, & infal-
libiliter observandum demandatur, ut pro novis, & capacibus
Clericis professis, usque dum studijs applicentur, scolæ lingua-
rum Germanicæ, & Hungaricæ promiscue instituantur; Idip-
sum verò, studium nimirum lingvarum, etiam in studijs littera-
rijs positi, hebdomodatim semel, saltē medio die exerceant.

Vallisol. XVIII. In Capitulo, vel Congregatione intermedia Magi-
1593. stri novitorum eligantur viri graves, probati, competenter do-
cti, nec minores annis 35. prudentes, zelosi, discreti, qui habe-

Clem. VIII. ant continuam curam novitorum Clericorum, & Laicorum,
de inst. docentes eos verbis, & exemplis viam Domini, bonos mores,
novis. modum conservandi puritatem cordis, doctrinam Christianam,
præcepta Regulæ; Confiteantur, & comunicent saltē bis in
hebdomoda; Instruantur in officio divino, & super omnia dili-
gentes reddantur in studio orationis, & devotionis; Ad quem
finem utantur specialiter institutione novitorum S. Bonaven-
turæ, cuius libellus legatur tempore refectionis ad mensam, in
dictis

dicis Conventibus noviciatum; Hinc toto tempore novitiatus, interdicuntur novitiis studia scolastica.

XIX. Superioribus localibus strictissimè interdicitur, ne Clericos novitios ad labores manuales, sine consensu Magistri notabiliter distrahant, nisi subinde diebus recreationum, spacio ad summum unius horæ singulis vicibus, ut in exercitiis suo statui Clericali congruis, bis de die horam, & horam utilius insumere valeant; Quando verò recreationis gratia eis, in hortos (quò professis exire licet) egredi permisum fuerit, Pater Magister, vel illò impeditò aliis gravis Pater, illis semper associetur. 1727.

XX. Eadem districtione inhibetur Superioribus quibuscumque, ne quemquam novitorum, sine urgenti, & inevitabili necessitate, in Civitates, & Oppida, sub quo cumque praetextu, & vel maximè ad prandendum exire permittant, alias etiam si dies talis exitus penultimus esset ad professionem, novitus annum deliberationis ab initio incipiat. 1727.

XXI. Quia novitii Clerici in defectu professorum, in Divino officio ad versicularium ordinariè applicantur, ultra illa, quæ jam disposita sunt, ad decantanda benedicamina, octotonos Psalmorum cum suis finalibus, inchoationes Antiphonarum B. Virginis post Completorium diligentissimè instruantur. 1728.

XXII. Magistri novitorum poterunt injungere pœnitentias novitiis, sed non publicè in Refectorio præsente Guardiano, manifestabunt tamen defectus eorum ipsi Guardiano, cui liberum erit dare ipsis pœnitentias, vel committere ipsis Magistris ut imponant.

XXIII. Si propter mortem, vel resignationem opus fuerit Clem. 8. extra Capitulum, vel Congregationem instituere Magistrum *de educ.* novitorum, hoc ipsum Pater Minister faciat, cum consensu Novit. Diffinitorii.

XXIV. Qui sine causa à Diffinitorio approbanda, officium Vallisole. Magistri novitorum recusaverit, voce activa, & passiva privetur per sex Annos. 1593.

XXV. Novitii qui sunt Sacerdotes, durante Año novitiatū, nullatenus possunt audire confessiones, & tenentur facere mortificationes sicut & alii novitii.

Clem. VIII. XXVI. Non loquantur Novitii sine licentia, & assilentia
Ibidem. Magistri, vel Guardiani, aut alterius ab ipsis deputati cum
Vallis sol. sacerdotalibus, aut etiam cum Religiosis quibuscunque.

1539. XXVII. Non ingrediantur celas nocturnorum, nec professorum, excepta cellâ Guardiani, & Magistri, ita ut janua possit liberè aperiri exterius; Contravenientes pro prima, & secunda vice jejunent in terra cum pane, & aqua, & faciant disciplinam; Pro tertia vice expellatur novitus è Religione; Professus pariter subeat dictas penitentias pro prima, & secunda vice; Tertia autem vice Guardianus mittat illum ad Provincialem, qui assignabit eidem alium Conventum, & privabit voce activa, & passiva per tres Annos; Cui autem hæc privatio non competeteret, deserat caputum probationis per mensum.

Ibidem. XXVIII. Peciæ in Caputio novitiorum assutæ sint palmares.

Vallis sol. XXIX. Non mutetur novitus de loco noviciatus, nisi infirmitatis, vel alia urgenti causa, & in tali casu, ubi per sex menses commoratus fuerit, ibi colligantur vota Fratrum, quorum majorem partem si non habuerit, omnino emittatur ex Ordine.

Cap. Exi vi. XXX. Nullus ex Fratribus immisceat se in distributione bonorum novitii, sed in hoc servetur declaratio Doñi Clemen. V. Guardianus contraveniens privetur officio, subditus declaretur proprietarius.

1717. XXXI. Statuitur, & omnimeæ executioni demandatur,
1721. ne novitii professuri, possint quidquam pro se in testamento disponere, ut puta pro novis vestibus, breviario, & aliis hujusmodi; Non tamen prohibentur ex charitate similem dispositionem facere pro aliis connovitiis.

Conc. Trid. XXXII. Nemo audeat precibus, aut promissionibus indu-
Sessi. 25. cere novitios ad professionem faciendam, vel subornationibus,
cap. 18. aliisque modis illicitis, illos ab emittenda professione impedire, v. g. si mutaretur novitus de uno loco ad alium, & extorque-rentur vota &c. Superiores contravenientes sint ipsò factō pri-vati officio, & subditū votō per sex Annos, ac etiam gravius puniantur, & tam isti, quam illi mancant excommunicati.

XXXIII. Ad evitanda plurima satisque comperta incommoda, nec non libertatem inviolatè conservandam, decernitur, quod omnia scrutinia, quibus novitii per annum ter, post singulos quatuor menses exponuntur, fiant per ballotationes; Quorum si quis non tantum majorem partem non habuerit, verum etiam in paritate votorum, è Religione statim, & omnino emitatur; In hoc enim Patres Provinciales nō juris habent in favorem novitiorum decidendi. "Ex constitutione Capituli Generalis Romæ edita.."

1717.

" 1679.

20. Maij.

num. 19.

XXXIV. Vocem approbativam, vel negativam pro novitiis non habent extranei, "quō nomine veniunt Religiosi aliorum Conventuum, " & à fortiori exterarum Provinciarum alumni, nisi unō annō completū legitimè fuerint in Provincia antea incorporati.

"Vallisal.

1593.

"Prov.

1728.

XXXV. Non admittatur novicius ad professionem, si non sciret membrā doctrinam Christianam, præcepta æquipotentia, & illa, quæ habent vim præcepti in Regula, & si est Clericus, sciens ordinare Divinum officium, qui aliter admiserit, suspenderatur ab officio si est Guardianus, & privetur, si est Magister noviciorum.

"Vallisal.

Ibid.

XXXVI. Protestetur Religio, & intimetur novitiis quando recipiuntur ad habitum, ac etiam ante professionem, quod si ipsi falsò constare ostendent conditiones supra notatas, & requisitas à Summis Pontificibus; Vel si laborent leprâ, morbo gallico, caducô, vel aliō contagioso, & hoc siluerint, vel absconderint, quod Religio non obligatur ipsis, & quantum est ex parte sua, ex nunc protunc professio quam emiserint, annulatur, & sibi reservat ejectionem illorum, quotiescumque placuerit, licet clapsum sit quinquennium, quia talis professio facta est in fraudem, & contra Religionis expressam voluntatem; Hæc tamen reservatio non poterit professe talibus professis, qui quantum est ex parte sua, manebunt obligati, & iste actus intimationis simul cum professione conscribatur, & referatur in librum consuetum.

"Vallisal.

1593.

XXXVII. Professionis peractæ memoria notabitur cum nomine, cognomine, Patriâ, subscriptione profitentis, & aliorum trium Patrum, nec non die, loco, & Año in libro ad hoc destinato,

to,

to, ad autenticam facti memoriam, in quo etiam notabitur diēs quō habitum recepit, ut sciatur quando absolvit Añum probatiōnis, qui non debet esse interruptus, aliter professio esset nulla; Ideo declaratur, quod si exierit novitus prima vice ē novitiatu sine licentia, sive dimittat habitum sive non, perdit totum tempus præteritum quod fuerat in novitiatu, poterit tamen iterum recipi, & de novo incipere Añum probatio nis; Si verò secunda vice exiverit, non potest amplius admitti, & semel expulsus non possit recipi, nec in illa, nec in alia Provincia.

Clem. VIII. XXXVIII. Juvenes professi tam Clerici, quam Laici, manus
Conf. Cum teneantur à Guardianis cum iisdem mortificationibus, & rigo-
Regular. re, sicut erant in novitiatu, saltē per tres annos sequentes,
§. 28. & post professionem autem manebunt in professoriis, vel destinen-
29. tur ad studia cum obligatione professoriatūs.

XXXIX. Clerici toto tempore clericatūs, & Lajci per 5.
 " Roman. Años " post noviciatum, recognoscant culpam suam in Refecto-

1688. rio ter in hebdomada, feria 2da. 4ta. & 6ta. in qua faciant disciplinam, comedant in terra secundūm antiquā consuetudinē.

Roman. XL. Prædicti non loquantur cum secularibus, & multò mi-
 1639. nùs cum mulieribus sine licentia, & assistentia Superioris, vel al-
 terius Patris gravis; Contraveniens si est subditus, toties quoti-
 es jejunet in terra in pane, & aqua, & Guardianus puniatur à
 Patre Ministro.

XLI. Sub iisdem pœnis totò isto tempore non possunt scribere,
 nec recipere literas sine licentia Superiorum, quorum consci-
 " Roman. entia gravatur in hoc; " Néque durante tempore clericatūs
 1642. potest mitti ab aliquo superiore extra Provinciam, etiam causa
 studii, sed studeant in sua Provincia.

Salmant. XLII. Nullus Laicus potest fieri Clericus sine licentia capitu-
 cap. 2. li Generalis, in quo bene examinetur spiritus, & sufficientia ipsi-

Roman. us. Quod si transferit ad statum Clericalem, computet suam an-
 1615. tiquitatem à die Clericatūs, & non à die receptionis habitūs.

& Qui verò sine legitima causa fecerit hunc transitum, redeat ad
 1638. pristinum statum Laicalem, licet esset Sacerdos, corona Clerica-
 lis deponatur ipsi, & non permittatur recitare officium Clerico-
 rum, sed Laicorum, & destinetur per duos annos sine capitulo
 ad exercitia humilia coquinæ.

XLIII.

XLIII. Et ne talis præsumptio cadat illis in mentem , prohibetur Lajcis habere libros in cella , sine expressa Patris Ministri licentia , præter Regulam , & unum , alterumve spiritualem..

§ 11.

De Apostatis , gradibus , & pœnis Apostasie.

I. **Q**uantumvis per leges , & ifnemorabilem Ordinis consuetudinem , illi sunt apostatae , qui cum habitu , & socio , vel sine habitu , & socio , non impetratâ priùs licentiâ à Superiori , exeunt è Conventibus , licet sub prætextu recurrendi ad Prelatos ; nihilominus quia hæc culpa suos habet gradus , ut proportionata applicetur pœna , ordinantur sequentia statuta .

II. Imprimis authoritate Apostolica in hac parte concessa , & in virtute presentis statuti , declarantur excommunicati omnes ad Apostoli apostatae .

III. Præcipitur Superioribus localibus , ut apostatas denuncient excommunicatos in refectione immediatè sequenti , & statim moneant Ministrum Provincialem , ut illos notet in libro apostarum , pro notitia excessus apostasie post eorundem redditum .

IV. Qui sine licentia tacita , vel expressa sui Superioris , exerit è Conventu , & morabitur extra per diem naturalem , committet apostasiam levem , & erit incarceratus per tres dies , privatusque voce a Diva , & passiva per tres annos ; hisdem pœnis subjacebit ille , qui egressus sine licentia sub prætextu recurrendi , directè , & effectivè ad Superiorum recurrerit .

V. Qui egressus cum licentia , pernoctabit extra Conventum (licet sit Conventus Ordinis) sine licentia , & necessitate , committit apostasiam leviorem , cuius pœna est carceris duorum die- tūm , & privationis voti per duos annos .

VI. Qui autem egressus sine licentia , redibit eadem die , committit apostasiam levissimam , pro qua debet incarcerari per diem , & per annum privari voti .

VII. Qui multiplicabit supradictos casus apostasie , multiplicetur ipsi etiam pœna taxata , & cui non conveniat privatio voti per annum , per mensem deferat probationis caputum .

VIII. Per tres dies morari extra Conventum , licet sub prætextu audeundi Superiorum , si hoc fiat sine licentia est apostasia gra-

*Salmant.**cap. 2.**Trid. Sef.**25. c. 4.**Vallis fol.**1593.**Iñoc. IV.**ut Apo-**batas.**Vallis fol.**1593.**Ibidem.**Ibidem.**Salm.**cap. 2.**Ibidem.**Ibidem.**Ibidem.*

vis, & sua pœna pro prima vice erit mancipatio carceris per tres dies, jejenum in publico reſectorio in pane, & aqua, & privatio ſuffragiorum per tres annos. Pro ſecunda vice duplicentur dictæ pœnæ, & ferat probationis caputum per tres menses, & habeat ultimum locum inter illos qui ſunt ſuæ professionis. Pro tertia, & quarta vice puniatur pœnâ apostasie gravioris, & gravifimæ, & cui non conveniat privatio voti, recognoscatur culpam tanquam novitus per annum, vel ultra, juxta gradum apostasie.

Ibidem. IX. Qui autem morabitur extra Conventum ut ſupra per Roman. oſtiduum committit apostasiam graviorem, & debet incarcera-
1565. ri per tres menses, & jejunare in pane, & aqua in publico reſectorio per tres dies in qualibet septimana, ſeria ſexta facere disciplinam, & maneat privatus votō per ſexennium. Secunda vice ſit privatus perpetuō voce activa, & paſſiva, maneat in carcere per annum, & per tres menses ferat probationis caputum, quō tempore ſingulis ſextis ſeriis faciat disciplinam in publico reſectorio, habeat ultimum locum in ſuo ordine, lavet ſcutellas, & non egrediatur de Conventu, niſi occaſione processionis, & utilitatis publicæ. Tertia vice mittatur ad triremes ad arbitrium Dif- finitorii.

April. X. Qui ulterius relictō habitu non rediret per ſpatium duorum mēſium, vel cum habitu non rediret per duos mēſes, ad instar illius, qui committit apostasiam gravifimam debet pro prima vice incarcerari per tres menses, ferre caputum probationis per tres Annos, in quibus ſingulis ſeriis ſextis debet jejunare in pane, & aqua in publico reſectorio ſine caputio, & privari votō per duos Annos, habere ultimum locum in ſuo ordine, toto di-
1689. quo tempore lavare ſcutellas, & pro carcere habere Conventum, ex quo exire non poſſit, niſi pro processionibus, & propter publicam utilitatem. Pro ſecunda vice duplicentur illi ſupradictæ pœnæ, & etiam augeantur ad arbitrium Diffinitorii.

Ibidem. XI. Pro tertia vice, vel expellatur extra ordinem, tanquam incorrigibilis, vel mittatur ad triremes per decennium, & ſi ſu-
1639. pervixerit, & fuerit in ſacris, declaretur perpetuō ſuspensus, & quando non conveniret ipſi privatio voti in graviori apostasia, recognoscatur culpam tanquam novitus per duos annos, & in gra- vissi-

vissima apostasia per quatuor annos, ac faciat disciplinam singulis
seriis sextis, durante dicto tempore.

XII. Ille, qui sine necessitate iverit ad alium locum, vel in *Ibid. Ne-*
itinere extra viam, ultra impetratam licentiam, vel excesse- apol. cap.
rit tempus in ea præscriptum, vel iverit de uno loco in alium si- 27.
ne socio, declaratur incurtere apostasiam, aut levem, aut gra-
vem, secundum excessum, Prælatorum judicio.

XIII. Non licet exire extra terminos Conventuum, vel Pro- *Salm. c. 2.*
vinciarum, cum obedientialibus Provincialium, vel Generali- *Vallis. sol.*
um, nisi prius ostendatur obedientia Provincialis Superioriloca- 1593.
li, vel Generalis Provinciali; Qui si procul fuerit, & negotium
non patitur dilationem, judiciò Superioris localis, præsentibus
testibus ostendat obedientiam, & per litteras significet suum re-
cessum Provinciali, & Superior localis ad calcem obedientiæ no-
tet diem, quā recessit è Conventu. Regressus deinde teneatur
certiorem facere de hoc suum Provincialem per literas; Qui ali-
ter fecerit declaretur incurrisse apostasiam magis, vel minus gra-
vem judiciò Prælati.

XIV. Non potest Superior localis mittere Fratres extra ter- *Ibidem.*
minos suæ quæstæ, nisi à Provinciali talis facultas illi fuerit con-
cessa, aliter faciens Superior localis, privetur officiò, & Frater
qui fuit missus ab eo, committet levem apostasiam..

XV. Licentia Patris Generalis eundi extra Provinciam, de- *Salm.*
bet exequi in spacio duorum mensium, aliter nulla sit, & qui cum *cap. 15.*
illa ambulaverit transactis mensibus duobus, committet apost-
asiam gravem, vel graviorem, judiciò Provincialis.

XVI. Si præter apostasiam adsit suspicio alicujus delicti com- *Vallis. sole.*
missi ab apostata, ordinatur Provinciali, sub pena privationis of- 1593.
ficii, ut de hoc formet processum juridicum, & illum conser- *Roman.*
vet in archivio, ut redeunte apostata possit procedi contra ipsum. 15. 75.

XVII. Teneantur Provinciales statim monere Procuratorem *Paris.*
Generalem de apostatis, qui extra suas Provincias fuderint; Ne 1579.
ullus Provincialis audeat in sua Provincia, vel Guardianus in *Roman.*
suo Conventu retinere apostatam aliquō modō, sed postquam 1571.
absolverint illum remittant cum litteris testimonialibus in suam
Provinciam. Qui contra fecerit privetur officiò; Quæ pena

fulminatur etiam contra illos, qui postquam absolverint apostatas mittunt illos ad curiam Romanam, vel ad præsentiam Patris Generalis, vel alibi extra ipsorum Provincias.

Salm. cap. XVIII. Si contingat procuratorem Generalem Reformati-

2. Valliso. onis absolvisse, & remisisse apostamat ad suam Provinciam, hoc

1593. intelligatur de solis poenitentia apostasie, non autem aliorum deli-

ctorum quæ commiserint, quæ spectant ad ordinarios, nisi Pa-

ter Generalis aliud judicaret, & ordinaret.

Ibidem. XIX. Ut cognoscantur apostatae, præcipitur, ut nullus extra-

Sixtus V. neus admittatur ad Conventum, nisi prius ostenderit obedientiam Superiori, nisi esset aliquis Pater gravis, & notus, de quo tale delictum non præsumeretur; Qui contrarium fecerit prive-

tur officio, ad arbitrium Provincialis.

Neapol. XX. Quando regreditur apostata, solemniter in communi-

cap. 29. tate Fratrum absolvatur ab apostasia, juxta formam quæ præscribitur, faciendo disciplinam per spacium unius Misericordie, & jeju-

net in pane, & aqua in publico refectorio, & etiam puniatur

gravius ad arbitrium Superioris.

Vallis. sol. XXI. Renuentes apostatae subire prædictas poenas, sint ad

1593. alias omnino adstricti, etiam cum auxilio brachii secularis.

Salm. c. 2. XXII. Declaramus, quod omnes Provinciales, & Superiores

Vallis. sol. locales, habeant facultatem excommunicandi, capiendi, & in-

1593. carcerandi apostatas extraneos, qui ad illorum Provincias, vel

Conventus venerint, quod in casu necessitatis communicatur

etiam auctoritate Apostolica subditis.

Ibidem. XXIII. Ideo bene attendant Superiores, ne per loca suæ ju-

Congreg. risdictionis vagentur apostatae, sed procurent illos statim capi, &

Roman. incarcernari, dummodo sine scandalo possint hoc facere, & sub-

1642. pena privationis suorum officiorum Ministri non mittant Fra-

tres, nec solos, nec cum Tertiariis associatos.

XXIV. Deinde ad reprimendam audaciam apostatarum or-

dinamus, ut nullus apostata possit promoveri ad officia ordinis,

Roman. nisi laudabiliter vixerit per decem annos post apostasiam. Quod-

1639. si cum aliquo Patre qualificato post medietatem penitentie

utendum esset misericordia, conceditur, ut Capitulum Provin-

ciale possit dispensare, cum majori parte votorum secretorum.

§ III.

De incorporandis, & incorporatione.

I. **U**ltra illa, quæ in constitutionibus generalibus circa hanc materiam disposita inveniuntur, placuit Ven. Discretorio sub nullitate incorporationis superaddere sequentia: " Ut " 1728. incorporandus fixè in eodem Conventu, integrum deliberationis Annum de momento ad momentum peragat; Intra illud autem tempus sub nullo prætextu egrediatur, sed tantum causa publicæ processionis, & associandorum cadaverum in nostra Ecclesia tumulandorum; Interea in sacrarum Missarum devotissima celebratione, chori, & aliorum communium spiritualium exercitiorum frequentatione sese diligenter occupet. Intra illud ipsum porro deliberationis spacium, prædicationis munus (utpote cum hac dispositione incompatibile) illis absolute interdictur..

II. In fine anni deliberationis, à Patre Guardiano loci expoenatur communitatis judicij per vota secreta; Ex quo scrutinio Fratres Laicos exclusos volumus, si Sacerdos sit pro quo suffragia expertuntur. Si quispiam igitur illorum majorem partem affirmativam obtinuerit, Superior localis de hoc ipso Ministrum Provincialem informet, qui de consilio Diffinitorum talem incorporabit. Facti autem memoriam, suæ, Diffinitorum, ac incorporati propriæ manus subscriptione firmatam, in librum Provinciæ reponet.

III. Post incorporationem tantum illos præcedat, qui fuerunt induiti post suam incorporationem: concedimus tamen Capitulo Provinciali, ut possit dispensare in hac præcedentia cum aliquo Patre gravi, si expediens videbitur. *Vallisole.* 1593.

IV. Ad præscriptum Constitutionum generalium, & mentem Venerabilissimi Discretorii generalis Rom. Anno 1651. cap. 2. declarat Ven. Discretorium Provinciale " non fuisse voluntatem, nec esse futuram, Visitatores Commissarios (ob exantlatos in Provincia labores, & munia laudabiliter præstata) per assumptionem in Patres Provinciæ, eidem incorporare, vel incorporasse, aut Patrum Provinciæ propriæ dictorum juribus, & privilegiis cumulasse, vel cumulare voluisse, sed ad summum assu-

p̄sit eisdem ad participanda specialia suffragia sacra Fratrum in vita, & morte.

§ IV.

De forma, & modo vestiendi.

I. **U**lta disposita in Constitutionibus generalibus, quæ ad ungvem observari cupimus, & mandamus, causâ laudabilis uniformitatis seriò introduci, ac etiam continuari ordinamus formam caputii in Ve. Capitulo de Anno 1727. propositam, & approbatam; Qua de causa Superiores locales omni diligentia adlaborabunt formam illam in tela, aut assere, pro suis Conventibus, & Residentiis procurare; Fratribus verò sartoriis sub poena portandorum capparonum præcipimus, ne ad suum libitum formam receptam truncent, oblongent, & quomodo cúnque immutent.

II. Ob eandem rationem seriò advigilare, & suis exemplō præire debent Superiores, ut chordæ tam Fratrum, quam Patrum sint omnes uniformes, & honestæ, sed nullatenus curiosæ, aut delicatæ, nec nimium abjectæ, sed medium tenendum;

“ 1728. “ Chordâ autem ex simplici canabe ab opificibus funifactoribus elaboratâ, nullus planè superciliosè, vel ut singularis habeatur, audeat seipsum cingere, sub poena Superiori majori arbitria...

Salmant. III. Strictissimè, & sine ulla exceptione mandatur, ne ullus cap. 3. Fratrum sine necessitate, & licentia Superioris expressa audeat Inoc. XI. deferre crepidas, calceos, & tibialia, nec in publico, nec in pri- Solic. Post. vato, sub poena jejunandi in terra cum pane, & aqua, tenendo Victor. ante se illud, in quo commiserit defectum; Si emendatio non se- 1694. quatur, privetur voce activa, & passiva per duos annos; “ Su- n. 28. periorum conscientias in hoc onerari volumus, ut abusus con- “ 1724. trarios non tantum verbis, sed exemplō præcipue extirpare stu- deant.

IV. Inhibemus pariter omnibus, ne in Civitatibus, & Oppidis, quo cùnque anni tempore contra universalem totius Ordinis consuetudinem, sine mantellis, religiosæ honestatis orna- mentis incedere audeant, prout etiam in publicis quibus cùnque processionibus; Pileos verò, & capitegia cujuscùnque formæ, &

“ 1721. quo cùnque nomine nuncupata, & nominatim Kutsmas “ abso- lutè

Iutè abrogamus, tam in publico, quām in privato, foris vel maxime; In Conventibus verò, & Residentiis quicunque contrarium tentaverit, admonitusque non resipuerit, secunda vice culpam in Reſectorio publicè recognoscat, pileō de collo pendente; Permittuntur autem tempore nimis rigido itinerantibus tegumenta capitis ab antiquo in Provincia usuata, in Conventibus verò, & Residentiis non, nisi de expressa Superioris licentia, vera necessitate exigente, & hoc tantummodo in privato.

V. Galleri pariter grisii coloris à solis itinerantibus contra pluvias, & solis aestus, rationabiliter deportari possunt. "Chirotecas autem aestivas cujuscunque materiae, ut levis, & immortificati animi indices sub prædictis poenis omnino tollimus, & interdicimus.

VI. Quandoquidem rasura ad decentem corporis habitudinem spectare nolcatur, ordinamus, ut ad præscriptum constitutionum generalium omnes in communi nemine excepto, certâ, & à Superiore locali determinandâ die, spaciō quindecim dierum radantur adæquate, id est in capite, & barba simul; Si quis sine legitima causa, & ratione à Superiore approbanda neglexerit, vel secus quām ordinatum est, se radi curaverit, prima vice faciat publicè disciplinam spaciō Psalmi Miserere, aliàs comedat in terra panem, & bibat aquam, sine ullius alterius obsonii indulgentia..

VII. Ad tollendam justam admirationem, & erisim præcipue secularium, studiūque laudabilis uniformitatis conservandum, sub iisdem poenis interdicitur, ne quispiam mystacem, etiam quantulamcunque nutriat, sub poenis numero præcedenti taxatis.

C A P U T T E R T I U M .

De Divino officio, mentali oratione, recollectione, aliisque publicis devotionibus, & sacris actionibus: De refractione, jejunio, & multiplice, ac inutili è Conventibus egressu.

§ I.

De Divino Officio.

I. **A**uditō primō signō campanæ, omnes Fratres legitimè *Salm. c. 3.* non

1718.

Videtur.

1694.

n. 39.

" 1728.

Roman. non impediti convenient ad chorū, ibique cum silentio, & ora-
 1575. & tione corda sua Domino præparent; Deinde cum Religiosa gra-
 1587. vitate, voce sonora, pausa competenti recitent, vel cantent ho-
Vallis sol. ras Canonicas sine fractione cantūs, & contrapunctis; Non in-
 1593. nitantur subselliis maximè ad *Te Deum laudamus*, *Magnificat*, ad
Benedictus, *Nunc dimittis*; Negligentes graviter puniantur, & Su-
 periores locales conniventes in hoc, eodem modo puniantur, à
 Ministro, vel Visitatoribus.

Toles. 11. In choro non contendatur de rubricis sub poena discipli-
 1633. næ, sed in dubiis standum est determinationi, seu decisioni re-
 citoris, aut Vicarii chori, qui in Capitulis, & Congregationi-
 bus elegantur, saltem pro Conventibus principalibus, in aliis
 verò hoc officium præstabit Guardianus, vel Vicarius Conven-
 tūs, juxta dispositionem Diffinitorii.

Salmo. 3. III. Quilibet Frater, qui non fuerit occupatus publicis offici-
Neapol. is, vel aliò legitimò impedimentò, non interfuerit horis Cano-
 cap. 1. nicis, præsertim matutino, in prima proxima refectioне reco-
Vallis sol. gnoscat culpam, & detur ipsi pro pœnitentia, ut expansis brachi-
 1593. is oret quinque Pater, & quinque Ave Maria; Pro secunda vice
 in eadem hebdomada, relinquat pitantiā; Quod si fuerit in hoc
 defectuosus, toties quoties faciat disciplinam, quam etiam faciet
 Guardianus si fuerit negligens in exequendo dictas pœnas.

IV. Omnes Laici præsentabunt se in choro ad initium Matu-
 tini, & ad *Te Deum laudamus*, dū verò *Te Deum* non dicitur, compa-
 rebunt ad initium Laudū, concraventientes puniantur ut suprà.

V. Nullus exeat ab officio Divino, communioratione, & re-
 fectione, sine licentia Superioris, sub poena arbitria.

1728. VI. Non esse meram opinionem, sed certissimum experi-
 mentum, exempla Prælatorum validissimos esse stimulos, tam
 ad observantiam, quam ad relaxationem; Ea de causa Guardia-
 nis sub poena suspensionis ab officio, ac etiam privationis, si mo-
 niti non resipuerint, gravissimè demandatur, ne seipso sub præ-
 textu economia, aut alio quovis adornato titulo ab obsequio
 chori nimium notabiliter abstrahant, cum oraculo Divinō ad-
 promissum sit, quærentibus primū Regnum Dei, omnia tem-
 poralia indubie esse adjicienda.

VII. Quandoquidem S. Mater Ecclesia inter ritus Festorum, usque ad decorum decreverit, ut alia solemnia, alia solemniora, alia denique essent solemnissima; “ Hinc non abs re graviter, & 1728. ab solutè interdicimus Superioribus locorum, ne ad suum libitum solemnitates instituant, aut legitimè institutas destituant, sed seipso sequenti accomodent normæ, prout etiam in tabulis singulorum Conventuum, & Residentiarum in Choro, aut Sacristia appendendis publicè videnda exhibebitur.

VIII. Matutinum recitetur semper duodecimâ noctis, nisi quandoque propter lucrandas indulgentias in Feste Corporis Christi, Immaculatæ Conceptionis B. M. Virginis, & infra octavas eorundem Festorum präoccupandum videretur. Prima horarum Canonicarum juncta Tertiæ, diebus serialibus horâ sextâ matutinâ, Dominicis verò, & Festis diebus horâ septimâ; Sexta, & nona, horâ decimâ Dominicis verò, & Festis diebus post cessionem; In maximis verò Festivitatibus, de expressa licentia Superioris possunt omnes istæ quatuor horæ unâ absolvî.

IX. Admonenrur Superiores locorum, sub gravi conscientiæ 1727. onore, ne de facili permittant sine inevitabili necessitate per solos clericos chorum peragi.

X. Siquidem apud nos antiqua, & continua consuetudo est 1728. Vesperas cum Completorio unâ, & consequenter absolvendi, servetur inviolabiliter etiam post hac, prout etiam tempus pulsandi ad vesperas, in hyeme horâ tertiatâ, in aestate verò mediâ quartâ.

XI. Non obstante quacunque in nonnullis recentioribus locis introducta praxi, modum cantandi vesperas in suum pristinum statum reduci mandamus; Nimirum: Domine ad adjuvandum me festina; Gloria Patri, &c. sine organo decantetur, post hæc ex Antiphonario conveniens Antiphona ab omnibus decantetur, hæc ab solutâ duo Versicularii intonabunt Psalmum, tono ibidem appositō, reliquum Psalmi versiculum prosequetur pars chori, Officiatori correspondens, reliquum Psalmum usque ad finem modularunt alternatim; Post Gloria Patri, &c. Organista ludet preambulum, intra quod chorus submissè repetet Antiphonam, & sic de ceteris. Hymnus cantetur in Organo alternatim, prout & canticum Magnificat, nec non Benedictus Dominus Deus Israël ubi cantandum erit. C XII.

XII. Ut verò tam decori, quām etiam tempori maturè consulatur, statuitur ulterius, ut Superiores delvescere faciant quosdam ab obsono, & contra concentum harmoniacum, iudicagistrorum cantandi more, ne videlicet in medio, & fine versuum Psalmorum nimiam faciant protractionem, sed ita quisque seipsum attemperare studeat, ut quemamodum filum uno ictu præciditur, sic simul in pausis desistant, ne ullus vel sibi placere, aut suæ vocis sonum venditare meritò præsumi possit; Defectus reprehendendi, si verò se non emendent, Superiorum iudicio etiam publicè puniendi erunt.

1728. XIII. In Festis Natalitiis, Circumcisionis, Epiphaniae Domini, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Immaculatae Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, & Nativitatis B. Mariæ Virginis, S. Regis Stephani, S. Josephi, S. Joannis Baptiste, Sanctorū Apostol. Petri, & Pauli, Onnium Sanctorum totius Ecclesiæ, Dedicationis, & Tituli Ecclesiarum, Portiunculæ, S. P. N. Francisci, S. Antonii de Padva, S. Bonaventuræ, & S. Claræ Virginis utræque Vesperæ integræ, *Te Deum laudamus*, nec non sacra Missa cū adstantiis decantetur.

1728. XIV. Pariter in die Capituli triennalis, & Congregationis intermediae, in ipso loco congressus; In solemnī invocatio-
ne Spiritus sancti, causa publici boni, & gratiarum actione pro
regravissima; In solemnī depositione defunctorum in nostris
Ecclesiis tumulandorum si fiant congruae expensæ; Item in die
depositionis eujuscunque nostri Religiosi; In commemoratione
omnium fidelium defunctorum, & quandocunque celebrari con-
tingit officia defunctorum duplia ex præscripto Constitutionū
generalium, sacra Missa cum adstantiis solemniter celebreretur.

XV. Excubias, seu vigilias agere de nocte extra Conventus, & domicilia nostra Religiosa penes cadavera defunctorum quo-
rumcunque absolutè, & sine ulla exceptione interdicimus, sub
pœnis Superiori majori arbitrii. Et si quis post notitiam hujus
prohibitionis contrarium facere præsumperit, etiam de consen-
tu Provincialis, convictus suspendatur ab officio.

XVI. Ne contra ordinationem Apostolicam sanctissimi Domini
Urbani VIII. cum animarum pernicie abuti contingat, cum
con-

consuetudine exeundi ad exequias defunctorum , qui non sepe-
liuntur in Ecclesiis nostris , ordinatur , * ne pro hujusmodi asso-
ciationibus quidquam certæ pensionis , ex condicione præcipue
prætendatur , minus exigatur , sed sponte oblatâ eleemosinâ sint
contenti.

XVII. Defuncto Summo Pontifice , vel Protectore , Genera-
li , vel Vicario Generalibus Ordinis , & Commissario Generali
Cismontano , quilibet Sacerdos celebret tres Missas.

XVIII. Donec numerus Sacerdotum sufficienter excreverit 1728.
singuli Patres celebrent tres Missas pro defunctis Sacerdotibus ,
pro Fratribus professis Clericis , & Laicis duas , pro novitiis ve-
rò , qui in favorabilibus veniunt nomine Religiosorum , unam ,
Fratres Clerici professi , & novitii totidem officia defunctorum ,
Laici professi , ac etiam novitii trecenta Pater noster , & Ave Maria ,
cum Requiem eternam ; Ad tollendos verò in hoc , & simili casu
scrupulos officiatorum , declaramus , non teneri illos in supple-
mentum numeri Missarum alias quartam celebrare .

XIX. Quandoquidem in cunctis , sed vel maximè in gravissi- 1728.
mi momenti negotiis , condeceat minores saniori majorum judi-
cio , ac sanctionibus sese attemperare , hòcque in priuis locum
habere debeat in sacrorum rituum , ac divini obsequii observan-
tia ; Quoiam verò apud nos ab immemorabili aetate in usu fuerit
tempore Adventus Missam votivâ de B. Virg. Rorate nuncupata
singulis diebus Adventus (exceptis Dominicis , Festis S. An-
dreæ , Immaculatae Conceptionis , S. Thomæ Apostoli , & vigilia
Nativitatis Domini) juxta communiter , & ab omnibus Statibus
Ecclesiasticis pariformiter usuatam consuetudinem decantari ;
Hinc omnino interdicimus contrariam praxim inducendi in illis-
dem locis nostris , ubi needum ceptæ sunt Missæ Rorate cantari in
prefatis Festis , & Dominicis , sub poenis suspensionis ab officiis ad
bimestre Superioribus localibus contrarium non tantum man-
dantibus , sed etiam solùm permittentibus .

XX. In Festivitatibus sanctissimi Nominis Jesu , Transfigu- 1728.
rationis Doñi , Visitationis B. Virginis , Sanctorum Apostolorum ,
& Evangelistarum , Conversionis S. Pauli , S. Patris Dominici ,
S. Laurentii , Utriusque S. Crucis , S. Regis Ladislai , S. Emerici

Ducis, S. Adalberi, S. Martini, & S. Elizabet Hungariæ, Sanctorum Ordinis secundæ classis, & celebritate Festorum sori, necnon Omnim SS. Ordinis nostri, primæ tantum Vesperæ cantentur, & Te Deum laudamus. Missa verò Conventualis cum ceroferariis, thuriferario, & uno alio ministro peragatur.

XXI. Officium B. Virginis ad præscriptum rubricarum Breviarii Romani, continuò, & incessanter peragatur, in quo omnimodo nemo dispensare præsumat, præter Superiorum Provinciale, vel localem in ejus absentia. Idem tamen Superiores, **" 1721.** in locis vel maximè studiorum, " poterunt in hoc dispensare in magnis Solemnitatibus, ob graviores, & prolixiores in servitio divino labores.

XXII. In memoriam signanter revocamus, & omnimodæ executioni demandamus Constitutionem sanctissimi Doñi Clementis VIII. pro reformatione Regularium editam, numero **" 1728.** primo sub pœnis in eadem contentis; " Circa Concionatores verò oportet hoc in passu indulgentius agere, quandoquidem apud nos, præter alias extraordinarias, toto anni tempore currant conciones Dominicales, & Festivales; Decernimus igitur illos non tantum ipsa die concionis, sed etiam præcedente, & * subsequentे diebus eximendos esse ab obsequio chori. * Ceterum discretioni Superiorum relinquitur, ut ubi frequentiores sunt conciones, ob circumstantias personarum, & specialium meritorum, quoad exemptionem à chori obsequio amplior etiam fiat reflexio supra Concionatores.

XXIII. In insignioribus Civitatibus, & Oppidis tolleratur consuetudo, & ubi non est, recipi mandatur, ut proportionaliter ad numerum Sacerdotum, in tabulis reectorii, singulis diebus Sabathinis adscribantur per hebdomadam certis horis nominatim celebraturi sacras Missas. Qui verò ad signum datum, vel requisitionem Sacristæ ex ignavia non comparuerint, à Superiori loci iteratō admoniti, & nihilominus in sua segnitie deprehensi, in publico reectorio disciplina flagelli, ac etiam pro repetitæ ignavia ratione, refectionis in pane, & aqua pœnis plectantur; In pagis autem juxta antiquam consuetudinem diebus Dominicis, & Festivis post concionem, aut si illa non habeatur, decimâ hora pro omni occurrentia una Missa omnino legatur. **XXIV.**

XXIV. Festa Patronorum Regni Hungariae, prout etiam aliàs fuit ordinatum, celebrentur codem ritu, quò à Dyœcœsanis consvererunt celebrari.

XXV. Sanctissimus Dominus noster Benedictus XIII. in Concilio Lateranensi Anni Jubilæi 1725. celebrato titulo sexto, cap. quinto, Episcopis seriò demandavit, ut in conferendis Canoniciis (respectibus quibuscunque, signanter carnis, & sanguinis sepositis) cæteris paribus semper, & præcipue eos aliis præferant, qui cantum Gregorianum exactius callent; Hinc non abs re constitutum fuit in alma Provincia, “ & nunc de novo confirmatur, ut illi, qui Fratres in cantu Gregoriano sedulò instruxerint, si cæteroquin bonis moribus, aliisque de jure requisitis commendabiles inveniantur, hōc ipso habeantur graduati-ores, habiliorēsque ad officia, & dignates.

XXVI. In Conventibus, præcipue ubi studia sunt, si fieri possit instituantur Vicarii chori, sin minùs Vicarii Conventū tales, qui juventutem certis temporibus in Cantu Gregoriano instruant; Quem in finem, sufficiet ut quivis sibi ex Canticis Csikiensī regulas cantū in scripta redigat, & juxta hoc singulis Dominicis unā horā in schala musicali, & solmizationibus exerceatur; Postquam verò illorum sufficientem acquisierint notitiam, subsequentium Festivitatum cantum de Antiphonario, & Graduali, præcedente Dominica in refectorio, & nullatenus in choro, practicè prævideant.

XXVII. Experienciâ constat, etiam Organistas plerisque, & reliquorum choristarum plurimos, canticum *Magnificat* in primo, & octavo vel maximè tonis ignorare ad bonum, & harmoniacum concentum modulari, igitur & hoc ipsum diligentissimè tam ab his, quam ab illis addiscendum demandantur juxta tabulam ad hoc proponendam.

XXVIII. Bene notum est, quam frequenter, & districtè interdicant Statuta generalia Ordinis, in nostris Ecclesiis omnes cantus figuratos; Proinde hoc ipsum districtè, & sub poena suspensionis ab officio Superioribus localibus observandū demandatur, qui si nihilominus similia non tantum permittere, sed contumaciter continuari curaverint, convicti, officiis destituantur;

Sicutamen in raro casu aliquis Magnus, & insignis benefactor, p̄t suos, vel alienos musicos in sui praesentia cuperet talem musicā, nullatenus esse inurbanē denegandā. Porrò Pater Provincialis Admodum R̄dūs imponat aliquibus musicis gnaris, & terse scribere scientibus, ut devotissimas Missas, ex aliis Provinciis à majoribus nostris hunc in finem procuratas, concinnē in folio tot exemplaria exscribant, quot Conventus solemniores reperiuntur, nec Missæ in gradualibus posita negligantur, cum plerique illarum modernis novis sint suaviores, dummodo veniant in usum, pariter Antiphonæ *Gaudē Dei Genitrix*, *Benedicamina*, *Tota pulchra*, & toni Psalmorum cum suis finalibus descriptæ comunicentur omnibus Conventibus.

XXIX. Ad laudatissimam multarum Provinciarum consuetudinem, hortamur in primis Superiores locorum, reliquis autem (exceptis Patribus Province Emeritis, Diffinitoribus, Lettoribus S. Theologiæ actualibus, & habitualibus, necnon Concionatoribus, die quo non concionantur) legitimè non occupatis, imponimus, ut diebus Dominicis, & Festivis ad Missam in cho-ro decantandam compareant.

§ II.

De Mentali Oratione, & Recollectione.

I. Indubium assertum, & multâ experientiâ compertum omnium alceos Magistrorum sentimentum est, exercitium mentalis orationis præcipuum remedium esse, non tantum ad recollendum spiritum quantumcunque dissipatum, sovendamque animæ devotionem, sed etiam ad assequendam in com-

" 1699. pendio perfectionem religiosam; Qua de causa strictissime demandatur, "ut in singulis Conventibus, & Residentiis, bina 1708. de die fiat meditatio, toties quoties per horam.

1728. II. Porrò ne tam prætioso exercitio præjudicium inferatur, cantus Litaniarum B. V. Lauretanæ pro certis diebus, signanter, & absolutè interdictur post Completorium, solita tamen, & ordinaria ejusdem vocalis recitatio suis temporibus in commune nullatenus intermittatur. Dies in quibus cantandæ erunt, sunt sequentes: In quatuor Festivitatibus Natalitiis, Circumcisionis Doñi, Epiphaniæ, tribus diebus Paschatis, Ascensionis Doñi, tribus diebus Pentecostes, Corporis Christi, diebus Sabbatinis, & Dominicis; In Festivitatibus Immaculatae Conceptionis, Purifi-

ficationis, Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, & Nativitatis B. V. Mariæ, necnon in pervigiliis earundem Festivitatum; In Dedicacione S. Michaelis Arch. & in Festo S. Joannis Baptiste; In Festivitatibus SS. Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum; In utroque Festo S. Crucis, S. Laurentii Martyris, Dedicationis, & Tituli uniuscujusque Ecclesiarum nostrarum; S. Adalberti Ep. & Marty. SS. Stephani, & Ladislai Regū, S. Emérici, S. Martini Ep. & S. Elizabeth Reg. Hung. Portiunculæ, & S. P. Francisci, S. Antonii Padv. & S. Claræ V. necnon omnium Sanctorum tam Ecclesiae, quam Ordinis. Dum autem, ut præordinatum est, cantabuntur Litanie, Antiphonæ B. V. post Completorium, & Tota pulchra, admonendi sunt Organistæ, ne longis præambulis, Cantores verò nimia protractione, prætiosum meditationis tempus suffurentur, contravenientes, à Superioribus localibus puniantur.

III. Ob eandem rationem interdicitur hebdomadariis, ne post
Tota pulchra pro suo libitu ullam superaddant collectam præter
tres solitas, & versiculis præmissis conformes; Prudentis enim Su-
perioris erit tempore publicæ, & gravis necessitatis, nimirum:
Belli, Pestilentiae, Sterilitatis, &c. competentem collectam tri-
bus illis superaddendam demandare.

IV. Solitæ preces vespertinæ cum examine conscientiæ, &
mos eundi ad Ecclesiam pro gratiarum actione post prandium,
in violatè observentur, & non facilè in iis dispensetur, siquidem
congregatis in unum in nomine Domini, specialis noscatur
adesse divina assistentia.

V. Octiduanam recollectionem omnibus indifferenter Su-
perioribus, & subditis in Año semel in violatè peragendam deman-
damus; * Delinquentibus verò frequenter, & gravius, & qui-
dem ex malitia, intra terminos paternæ districcionis (si majus
aliquid prudens ratio vetaret imponere) poterit à Superioribus
Provincialib⁹ hæc ipsa octiduana recollectio, imò etiā longior, &
quidem strictius, quam alii soleant peragere, in pœnam injungi.

§ III.

De aliis sacris actionibus, & publicis devotionibus.

I. R Efrigescente ad occasum muodi charitate multorum,
pro-

babilius esse ex nimis frequenti Venerabilis Sacramenti Eucharistiae expositione, devotionem, & fervorem erga illam non augeri, sed minui; "Hinc strictissime interdicitur, ne Superiores locales ad libitum suum, extra dies infra specificandos illud exposi-
 1728. ni faciant, nimirum: tribus diebus Paschatis, Corporis Christi, & per totam octavam, & in Festo Nominis Jesu; In Dominica verò Pentecostes, à primis Vesperis ad secundas inclusivè, tan- tū in Conventu nostro Csikiesi principaliori, ob frequentissimum illo die populi concursum, nulibi hactenus in hac Patria visum, & vix est sperare videndum; Item in Annunciatione B. Virginis, in Festo S. P. Francisci, S. Antonii de Padva, & Portiunculæ; Necnon diebus Dedicationum, & Titulorum Ecclesiarum nostrarum, ex supposito, quod frequentia populi sit adfutura; In expositione item quadraginta horarum, de licentia Superioris Provincialis in scriptis obtinenda, & hoc semel tantum in Año, si alicubi inchoare, & prosequi velint dictam devotionem; Necnon in processionibus Confraternitatis chordigerorum, & Immaculatae Conceptionis.

II. Poterit etiam exponi temprore Quadragesimæ, ante & post Concionem pomeridianam in frequentia populi; Quacunque demum occasione exponatur (quidquid sit de aliorum praxi) nullatenus usurpetur in benedictionibus dandis. *Tantum ergo Sacramentum &c.* Quandoquidem hymnus ille à Divo Thoma Aquinate concinnatus signanter pro Solemnitate Corporis Christi sit ordinatus, sed ubi expositum fuerit, præmissis reverentiis, & churificatione, versa ad populum facie, voce tantum & silen- tio detur benedictio, & in suo loco reponatur, tam in Vesperis, quam in Missis; In fine autem illarum, præmissis pariter churificatione, & reverentiis, detur benedictio cantando versiculos: *Sit nomen Domini benedictum, &c. Adjutorium nostrum, &c.* In Fe-
 sto autem Corporis Christi, & infra totam octavam, prima be- nedictio fiat cum *Tantum ergo, &c.* & ultima cum *Genitori, &c.*

III. Si particularibus Superioribus permittantur institutiones devotionum, certum est, nil aliud inde nasci, quam confusionem babilonicam, & justam populi admirationem, dum uni pro suo libitu hoc, alteri præ alio aliud placeat, nec sperandum quod omnia-

omnibus placitura sint , quæ aliæ pluribus placuerunt ; “ Qua de “ 1728 . causa quascunque hactenus à particularibus Superioribus , etiam Provincialibus institutas devotiones abrogamus , instituendas autem in futurum à talibus , sine majoris partis Diffinitorii consensu in scriptis facto , sub pœnis eidem Ven . Diffinitorio arbitrariis gravissimè interdicimus , contestando eorundem discretam providentiam , ne in similibus permittendis nimium faciles se exhibeant .

IV. Compertum habentes quàm districtè imposuerit Sanctissimus Dominus Benedictus XIII . universo Clero Romano , etiam Regulari , studium , exercitium , & observantiam ceremoniarum Ecclesiasticarum ; Insuper certò certius constet ex Annalibus Reverendi Patris Lucae Vadingi ad Annum 1244 . num . 2 . Ordinem nostrum Seraphicum fuisse adeò observantem illarum à principio , ut ceremoniæ Ecclesiasticæ à temporibus Gregorii IX . in universalem Ecclesiam ab Ordine Minorum fuerunt derivatæ .

V. Ne igitur Religiosi nostri , à tām laudabili , & devota in Sacris peragendis observantia degenerantes histriones magis , quàm Dei ministros agere videantur , “ strictim imponitur , ut “ 1728 . in singulis Capitulis , & Congregationibus , Magistri ceremoniarum instituantur , præcipue pro Conventibus ubi studia fuerint , qui ad præscriptum ceremonialis Gavanti (quem inter reliquos etiam præfatus Sanctissimus Dominus signanter recomendat) tempore opportuno , spacio adminūs unius horæ , Clericos , & juvenes Sacerdotes practicè exerceant ; Nec quemquam Praepati ad ordines superiores promoveri permittant , nisi in suorum ordinum exercitio , & ceremoniis sufficienter instructos .

VI. Juxta universalem ferè omnium bene moratarum Provinciarum praxim , quódque plures etiam devotorum Secularium factitare conspeximus , studio etiam satis non laudandæ uniformitatis injungimus , ut omnes , & singuli ad salutationem Angelicam dum assidetur mensæ cum decenti capitis inclinatione , & juuctis manibus ante pectus permaneant usque ad benedictionem à Superiore dandam inclusivè , ad reliquas pro defunctis preces debebunt manus suas decenter ad manicas contrahere .” 1728 .

§ IV.

De refectione, & jejunio,

1728. I. **Q**uia in quibusdam subinde defectus, in aliis contra parsoniam excessus notati sunt, hinc statuimus, & inviolatè observandum mandamus, ut tam in Conventibus, quam in Residentiis, diebus carnium ad prandium, ultra jusculum tria cibaria bene parata apponantur, & assatura cum vehiculis, si que apponi possunt; Ad cœnam pariter detracto tantum ex prætatis unō cibariō; Diebus jejuniorum ad cœnam quatuor cibaria, fructus, & caseus si habeantur; Collatio permititur juxta consuetudinem prudenti Superiorum judicio.

1728. II. Per hoc tamen non auferitur facultas discretis Superioribus, ut in gratiam majorum Superiorum, una, alterave die, præcipue dum ex itinere hospites accesserint, aliorumve gravium, ac de Religione bene meritorum Patrum, alterius Ordinis gravium Religiosorum, nec non singularium Benefactorum, intra limites parcimonie Religiosæ unum, & ad summum alterum cibarium apponere possint; Sub eadem limitatione poterunt boni Superiori, diebus Natalitiis Christi Domini, Paschatis, & alicujus magnæ Solemnitatis, ob ampliores, diuturnioresque tunc occurrentes labores, sicut etiam ultimis duobus, tribusve diebus baccanaliorum se se aliquantis per extendere.

1728. III. Præterquam quod in omni lere bene ordinata republica Religiosa, usuvenit fercula unicuique particularibus in scutellis apponi, multis aliis causis dusti " mandamus, ut illum usum ubi hactenus non fuit in praxi, tam in Conventibus, quam in Residentiis è vestigio recipiant, & inviolabiliter observent.

IV. Porro, quia ex medicorum sententia compertum sit, Fratres et plurimum infirmari ex male præparatis cibariis, prudentiæ conformius esse videtur, in ordinatas ciborum ingredientias mediocres facere sumptus, quam in medicos & pharmacopolas duplos, triplosve; Imò ob eandem rationem ubi Religiosi cocci copia non fuerit, conducere exactum secularem cocum.

V. Ad præscriptum Constitutionis Apostolicæ Sanctissimi Domini Clem. VIII. de interdicta munerum largitione, distreti imponimus Superioribus localibus, ut in excipiendis hospitiis,

bus, etiam potentioribus, ita se gerant, quod frugalitas, & paupertas Religiosa, in iis prorsus elucent; Decet enim eos in Refectorio, communi cum Religiosis mensa, & ferculis communibus non notabiliter a ceteris distinctis contentos esse, & certe nisi hoc ipsum districte a nobis observetur, de facili nostram Regulam transgrediemur, vel per recutsum ad eleemosynas pecuniarias, ad procuranda laudiora, quam nostra permittat paupertas, adoque citra veram necessitatem: vel per excessum in usu rerum, & ubi putamus honorare potentes, & amicos, potius scandalizabimus eos, dum apud nos, ubi sciunt debere maximam servari paupertatem, reperiunt cuncta abundantiora, quam apud divites reperissent, & sic ex amicis fiunt inimici, aut saltem ad Ordinem solito minus bene affecti.

VI. Hospitibus secularibus in refectorio, seu in alio quocunque loco particulari er comesturis, nemo se ingerat, praeter Superiorum localem, aut illorum impeditorum praeter Vicarium, & servitorem.

VII. Graviter interdicimus, & planè excidi volumus à prandii, & cena, in loco refectionis compotandi proxim, sed si subinde prudentis Superioris judicio urbana hospitalitas aliquos unum, alterumve pocellum recreare saderet, hoc fiat in particulari camera charitatis.

VIII. In casu vero, dum aliquos insignes benefactores, aut eximos cujuscunque Ordinis Religiosos contigerit nobis conveniri, tunc ex communiter, & apud omnes tenente consuetudine, etiam in loco refectionis, poterit unum, alterumve poculum humanitatis gratia eisdem offerri, nullus tamen Religiosorum nostrorum audeat se adjungere, praeter servitorem, Superiorum, & quos ille voluerit adesse, sed omnes è vestigio abscedant.

IX. Quicunque Fratum in Conventu, aut Residentia inebriatus fuerit,) quod non intelligimus tantum de summa ebrietate, quæ homini omnem usum rationis eripiat, "sed etiam de gravissima crapula,) quando nimis quis non est capax honestè conversari, colloqui, & incedere;) primum "faciat disciplinam, "secundum duplacetur poena, tertio in domum disciplinæ detruda-

tur; Si extra Conventum cum scandalo secularium fuerit, ipsè
 " 1720. factō, & incontinenti incarceretur, " prout etiam aliās cautum
 fuit.

X. Vigilia S. P. N. Francisci ex antiqua consuetudine annu-
 * meratur inter jejunia obligatoria; * In vigiliis autem Festorum
 fori B. Vitg. Mariæ, in quibus aliās jejunium non est indicatum,
 " 1728. à carnibus omnes abstineant. Admonemus insuper omnes " Sa-
 cram benedictam liberè jejunare volentes, ne in defectu esculen-
 torum, suis quærelis ultra deperditionem meriti, sibi met etiam
 justæ animadversionis poenas unā consciscant.

" 1702. XI. Prout jam ab antiquo declaratum fuit, " non teneri in
 hac Patria ad abstinentiam diebus jejuniorum ab ovis, & lactici-
 niis ob defectum, & caritatem necessariorum obsoniorum, rati-
 habetur, & confirmatur dicta declaratio.

XII. Jejunia sponte, & sine expressa licentia Superiorum as-
 sumpta, omnino abrogantur, contravenientes autem, & con-
 tumaciter in similibus persistere contendentes, flagellis discipli-
 na per integros psalmos Miserere, & Deprofundis, nec non jeju-
 nio in pane, & aqua, sub tota refectione indispensabiliter mace-
 rentur..

1728. XIII. Benedictionem mensæ, prout & gratiarum actionem à
 refectione extra Conventus, apud quascunque secularium, &
 Prælatorum Ecclesiasticorum mensas, si non præcisè propter
 ædificativam devotionem, ad minus propter roties memoratam
 uniformitatem, præcipue ubi duo, tres, plurēsve convenire
 contigerit, junctis pariter manibus absolvant in silentio.

§ V.

De multiplici, & vago ex Conventibus egressu.

1724. I. Post frequentia mandata, de novo admonentur Patres
 & Superiores locales, in Civitatibus, & Oppidis consti-
 1727. tuti, "ut frequentes in se, & suis subditis è Conventibus egres-
 " 1728. sus restrinquant; Juvat meminisse criseos Seraphici Ecclesiae Do-
 ctoris Divi Bonaventuræ, si forte tangat corda suæ vocationis,
 1257. & statūs immemorum; " Hic in quadam epistola data Parisiis,
 (ut videre licet apud Vadingum) ad Provinciales scribebat cau-
 sam relaxationis hujus sancti Ordinis esse, frequentes, & inuti-
 les

les è Conventibus egressus in hæc verba: Occurrit evagatio plurimorum, qui propter solatum suorum corporum, gravando eos per quos transiunt, non exempla post se relinquunt vita, sed scandala potius animarum. Nihil enim est, quod Religiosos magis invisibilis, magisque contemptibiles reddat, quam vaga, & incauta eorum inter sæculares deambulatio; Si enim hi Religiosos passim extra Monasteria cernant, eos mundo nondum mortuos, sed viventes probant, siveque facile aspernantur, quos solo habitu à se dissitos conspicunt.

II. Studiosis, diebus recreationum conceditur honesta diversio etiam extra Conventum, spacio quindecim dierum, ad præscriptum Constitutionum generalium; Dies vero Festivos, & Dominicas cum deceat in summa, & speciali à diebus profestis veneratione extrahere, "absolutè interdicitur, ne in iisdem, " 1704. etiam intra septa Monasterii pyramidibus ludatur, cum etiam unius horæ hujus lusus agitatione, plus contingat defatigari, quam subinde duarum, triūmve horarum in aliis laboribus, diebus profestis licitis; Nihilominus si quis Magnas, & insignis benefactor cuperet secum ejusmodi collusum, discreti Superioris erit non denegare.

III. Exhortamur Fratres omnes in Domino, ut ad mentem S.P. Francisci, dum eos ad sæculares ex necessitate exire contigerit, vitam, morēsque sic componant, "ut habitu, gestu, incessu, Trid. sermone, aliisque omnibus in rebus, nūl, nisi grave, moderatum, & Religione plenum præferant, id, quod etiam à Sac. cap. I. Concilio Tridentino pro Clericis sæcularibus sanctissimè cautum de Refor. est. Quantò magis autem ad hoc Religiosi sæculo solemniter renunciantes, & viam perfectionis professi obligentur, ?

IV. Decernitur ulterius, ut quicunque in conversatione externa, seu intus, seu foris maximè, scandalum commiserit, minus honesta, & Religiosa conversatione, juxta delicti qualitatem, & mensuram, severè puniatur, & quantum fieri poterit domi continetur; Cum enim Religiosi, nos præcipue juxta oraculum S. Patris dati simus mundo in exemplum, sæculares defectibus nostris facile offenduntur, & ad imitandum malum invitantur. " Clemz.

V. Ad præscriptum Constitutionis Apostolicæ "strictissimè VIII. pro man-

Reform. mandamus, ut portæ Conventuum continuò clausæ serventur,
Regular. & ob hanc causam semper destinetur portarius Religiosus eidem
 aperiendæ, & claudendæ assistens, quique morum integritate
 " 1728. commendatus sit, " aut si Religiosi copia non sit, sacerdotalis pro-
 batus adhibeatur.

VI. Antiquiores, & iteratas Ven. Discretorii Constitutiones
 rati habentes, & confirmantes statuimus, ut si quos pro Con-
 ventus necessitate, in Civitatibus, & Oppidis opus sit emittere,
 " 1728. quantumcunque potest fieri " ante prandium fiat, si qui vero
 in Conventibus, & Residentiis refecti sint, à prandiis nullatenus
 emittantur sine inevitabili necessitate, exceptis diebus recreati-
 onum, juxta constitutiones generales, & has nostras suis tem-
 poribus concedendis, in quo & Superiorum, & subditorum con-
 scientias oneramus. Qui vero foris in raro casu reficiuntur, nul-
 latenus à refectione in aliam quamcunque domum sub poena
 apostolicae levioris intrare presumant, quæ pro iteratione trans-
 gressionis augeatur ad arbitrium Superioris, sed rectâ se ad
 domos Religiosas conferant; Adhortainur denique Superiores
 " Clem. 8. locales, ut dum aliquos ex necessitate emiserint " adjungant illis
 semper socium Religiosum, & non eundem frequenter, ex quo
 ubi redierint, cum salutaris obedientiae merito, exquirant ubi-
 nam fuerint, & quidnam actum sit, prout ordinatione Aposto-
 * lica sanctissimè cavetur; * Hujus tamen statuti executio comitti-
 tur discretioni Superiorum, ut cum personis magis qualificatis,
 & ab omni suspicione immunibus id agant, & permittant quod
 circumstantiae rationabiles svadent.

CAPUT QUARTUM.

De Recursu ad Eleemosynas Pecuniarias, Syndicis Apostolicis. & Eorum Institutione.

§ I.

De recursu ad eleemosynas pecuniarias.

I. Cum recursus ad eleemosynas pecuniarias juxta decla-
 rationes Summorum Pontificum permissus sit in Re-
 gula, tantum in necessitatibus gravibus, præteritis, præsentibus,
 & im-

& imminentibus, que debent esse Fratrum, non consanguineorum, charorum, vel suspectorum puerorum, declaramus illos, qui sine expresso Superiorum consensu secus recurrisse deprehensi fuerint, non tantum pro pecunia, sed etiam pro quaunque alia re, ad mensuram delicti poenis proprietariorum irremissibiliter puniri debere.

II. Porro satis mirari non possumus, quorumdam abjectæ conscientiæ temeritatem, qui quamvis post gravissimas statutorum generalium inhibitiones, cipos, arculas, truncos, & alia hujusmodi ad colligendas in specie pecunias in Ecclesiis non exponant, gravius tamen delinquere non pertimescant, dum Fratres suos cum instrumentis exceptoriis ad hoc paratis, in Civitates, & Oppida ad mendicandas domatim, & in nundinis pecunias, emitunt, " Ad tollendum igitur hoc malum ordinamus, ut præter" 1728. gravissimum animæ reatum, Superiores tales quæstus mandantes, poenam suspensionis ab officio per bimestre, subditi vero parentes ejusmodi mandatis, carceris unius mensis incurvant.

§ II.

De Syndicis, & eorum institutione.

I. **S**iquidem in Provincia Syndicos instituere, vel etiam officio destituere, de jure solis Provincialibus competit. 1728.

Hinc quicunque tali repudiato alium suffecerit, & illius opera usus fuerit, declaratur proprietarius, quia per interpositam personam in Regula districtè prohibitè agere censetur; Proinde ne Superiores locales hoc in passu contra gravissimum Regulæ præceptum abuti contingat Syndicis, illorūmq; operā, admonemus serio, ut apertis oculis intueantur informationem Rēdi Patris Danielis Brikner, in caput quartum Regule, pag. 255. n. 103. Theatrum Regularium Patris Angeli à Lantuska, verbo *Syndicus*, pag. 487. & ex iisdem informent ipsos de munere suo ritè, & legitimè obeundo; Pariter sub gravi onere conscientiæ instruere tenentur Superiores locorum, Syndicos, ne suo, vel Conventū nomine quidquam Civile agant.

II. Compertam satis habentes incuriam, nescimus, an à fragilitate, ignorantia, aut nimia in economica immersione originatam, plerisque Superiores locales deficere in comparanda

eorum notitia, quæ ad suæ administrationis exactam rationem conducere videntur; Qua de causa, non ut scientiâ inflati, spiritu contradictionis, & rixarum turgeant, sed ut suæ strictissimæ

- “ 1728. obligationi satisfacere valeant, serio injungimus, “ quatenus se-
se in lectione geminarum, & genuinarum Sac. Regulæ expositionum, Constitutionum Apostolicarum hisce Statutis adnexarum, Statutorum generalium, ac etiam præsentium sedulò impen-
dant, secus reatum, & pœnas affectatæ ignorantia, Deo indu-
biè exoluturi sunt.

III. Citra dubium esse, in hac Patria non posse deponi, vel ma-
xime in pagis, & Oppidis, eleemosynas pecuniarias apud Syndi-
cos, veleorum substitutos, sine manifesto periculo eleemosynæ,
& vitæ illorum, quod hoc ipsum etiam Reverendissimus Pater

- Minister Generalis Matthæus à S. Stephano approbavit; Cujus
1698. rei gratia talis adinventa est dispositio, “ ut tales eleemosynæ in
secretiori, & magis tuto Conventuum loco deponantur conser-
vandæ, clavis verò arcæ in qua reconditæ fuerint, maneat sem-
per apud Syndicos, vel eorum substitutos, clavis verò januæ do-
mùs in qua collocabuntur tales arcuæ, debet esse apud Superio-
rem loci.

1699. IV. Considerato facili in proprietatis reatum lapsu, præcipi-
tur, ne Superiores locales civilibus seipso ingerant contraetibus,
sed similia comittant Syndicis Apostolicis, consilium, aut infor-
mationem Discretorii præmittentes, si necessitas exigat; Nec
eis ut Domini servis imponant, sed instructioni Rñdi Patris Mar-
chantii in sua relectione Theologica, post litteralem Regulæ
expositionem se se conforment. Pariter ut omne abusus pericu-
lum, fraudisque suspicio evitetur, nullibi in coellis, quas Patres,
vel Fratres inhabitant, asserventur, aut deponi permittantur,
quacunque de cœla provenientes denarii, sed Syndicis, aut in
eorum absentia substitutis consignentur, nec à Syndico excipi-
antur pecuniae ex repositorio, nisi in præsencia Superioris localis
cum socio, vel aliorum duorum Patrum ab eodem Superiori
deputandorum.

V. Quamvis in alma Provincia pridem ab hinc fuerit ejus-
modi demandata ordinatio, sed à plerisque non usquequaque ex-
acta

aetate in praxim deducta, ad prescriptum Constitutionum generalium de Anno 1682. Toleti editorum "sub poena privationis" 1728. vocis passivæ ipsò factō incurrenda, iteratò districte injungimus Superioribus locorum, ut coram Syndico, & duobus discretis, singulis trimestribus acceptæ, & expensæ eleemosynæ, manū propriæ subscriptione firmatam, exaclamque ineant rationem, " & in libris expensarum non tam summariè, sed specificè" 1727. & fideliter adnotent, quid, & pro quo sit expensum: Monemus proinde Patres Provinciales, ut in Capitulis, antequam ad discussionem meritorum eligendorum, & ipsas electiones accedant, in primis aut per se, aut per alios duos fidèles, & idoneos Religiosos, libros rationum revideri faciant, ut transgressores ad arbitrium Diffinitorii voce passiva destituere possint.

VI. Non tantum in præmissis, sed in cunctis gravioribus, & magni momenti negotiis inconcussè observandum decernimus Discretorium Coventuale, " ita, ut in omnibus, & per omnia res" 1728. solutum, vel negatum habeatur, quod major pars affirmaverit, vel negaverit; Illa autem pars ex qua Superior inventus fuerit, in æqualitate vocum non habeatur major, nisi altera vox pondus addiderit.

CAPUT QUINTUM.

De labore manuali, ac aliis illo eminentioribus.

§ I.

De labore manuali.

I. Quandoquidem præceptum hoc Regulæ, juxta declarationes Summorum Pontificum, Fratres Laicos specialiter concernat, hortamur locorum Superiorum, ut eosdem pro uniuscujusque capacitate, muneriisque sibi impositi ratione, sedulò, & vigili cura ad labores impellant, qui verò ultra cordiam post iteratas, & charitativas monitiones, & animadversiones, excessivè duri, & recalcitrantes inventi fuerint, " finaliter caputii privatione, ad humilia coquinæ, & similia servitia, intra secretiora Conventuum adita per medium annum, & etiam amplius detrudantur." 1728.

II. Circa Fratres opifices, qui præcipue eō ipsò singulares esse,

esse, & à Sac. Religione singulari respectu, & consideratione haberi indebet, & nimis superciliosè non tantum cupiunt, sed

“ 1728. planè prætendunt, “ statuitur, quod si tales cum omni humilitate, & subjectione, suorum Superiorum placitis seipsoſ attemperate renuerint, à proprii opificiū exercitio removeantur, & in aliis ad Superiorum dispositionem impigrē exerceantur.

III. Laici noviter professi, qui nullam callent artem, omnino compellendi sunt ad aliquam addiscendam, & nullatenus permitendi in hoc proprie volunta, & electioni.

IV. Porro quia hoc genere hominum in Religiosis congregatiōnibus nō est inflexibiliū, ordinamus, ut notabiliter capituloſ, ac inobedientibus(præmissis semper ut dictum est iteratis admonitionibus Paternis, dum emendatio non sequitur, sed semper sibi similes fuerint) in locis, & tempore opportunis, etiam flagella virgarum graviter infligantur; Id ipsum possit adhiberi etiam Clericis ejusdem farinæ, quanquam in sacris ordinibus essent constituti, non obstante Canone: *Si quis fraudente &c. cùm vitii emendandi, & disciplinæ studio adhiberi volumus, hujus tamen statuti executio non fiat à solis Superioribus localibus, nisi de consensu Ministri Provincialis, de excessibus clarè, & sufficienter informati.*

1728. V. Admonemus demūm, ac etiam strictè imponimus Superioribus localibus, ut præmissa tria puncta Laicis Fratribus secundūm cuiusvis idioma, loco, & tempore congruis, ad caput bene explanare, & inculcare adlaborent.

1728. VI. Demūm post iteratas ordinationes, & mandata strictè observandum proponitur, ut in locis, ubi de novo ædificandum occurrerit, sine exacta delineatione à perito facta, & à Diffinitorio scriptotenus probanda, nec non revisorum in singulis Capitulis deputandorum inspectione, nō vel minimum attenterit, sub pœnis in Constitutionibus generalibus in contravenientes taxatis.

1728. VII. Sine ulla dilatatione (habita tamen ratione personarum) *& alias* ad præscriptum Constitutionum generalium, irremissibiliter puniantur, qui arboreſ in hortis nostris, non tantum fructiferas, sed etiam ornatui, & Fratrum æstivæ commoditatí deservientes

entes inciderint, vel incidi permiserint, aut aliò quocunq; que modò enervaverint.

§ II.

De laboribus eminentioribus.

Quia etiam Sacerdotes, & Clericos condecet, & quidem in 1728. laboribus præ manualibus multò excellentioribus occupari; Ne proinde Superiores dubitare contingat, qui sint verè otiosi, & pœnis statutariis ut tales plectendi, placuit hic remittere illos ad speculum disciplinæ S. Bonaventuræ. "Item ad Patrem" Part. 2. Danielem Brikner, in expositione litterali Regulæ. "Lubet inducere etiam verba Alvari Pelagii de planctu Ecclesiæ: *Vitam inquit pinguem volunt, vivere sine labore, & cum libertate: dediti somno, & vagationi perpetuae, & pro levi subhorta commonitione, loca in quibus habitant dimittunt, &c. recedente primo igne, pejores sunt, quam si frigidissent in seculo, tepidi facti, ab ore Domini evanescuntur.* De peregrinatione in peregrinationem discurrunt, quia acedia expellit eos de cœla. Illos vero qui in vanis confabulationibus insumunt tempus, nec non publicas, communèque orationes quantum possunt subterfugiunt, & spaciū quod à communib; superest divinis officiis, deambulando, vagando, inania conferendo consumunt, ab otiosorum numero quis eximat? "Admoniti, & non emendati, voce activa, & passiva, per duos Annos privandi." cap. 5.

CAPUT SEXTUM.

De infirmis, & voto paupertatis exactius observando.

§ I.

De infirmis.

IN omnibus locis nostris solicita cura debet esse infirmorum, quæ adeò nobis recommendatur à nostro Seraphico Patre; Superiores proinde teneantur providere de medicamentis, & aliis necessariis secundùm possibilitatem, & conformitatem statū nostri. Visitatores qui invenerint Ministros in hoc culpables, exemplariter illos puniant; Quod si Superior localis erit hac in parte notabiliter desectuosus, privetur officio.

Tolet. Il. Non intermitant Guardiani , & Vicarii , semel aut pluri-
 1633. es in die visitare infirmos , & inquirere quale servitium præstetur
 Salm. illis ; Quod etiam facient omnes alii Fratres , consolantes , & ser-
 cap. 6. vientes illis , juxta charitatem religiosam . Quod multò magis
 injungitur Ministris , qui tenentur providere ipsis de necessariis ;
 Insuper invigilare etiam habent inquirendo quomodo ipsis
 inserviantur quoad medicos , medicamina , & alia , quod si non
 fecerint , puniantur à Visitatoribus , & à Deo .

§ II.

De paupertatis voto inviolatè observando.

1699. I. Ut omnis proprietatis reatus , & occasio vitetur , præ-
 cipitur , ne ullus Patrum , vel Fratrum , ullo etiam
 devotionis prætextu , propria auctoritate , & sine expressa Supe-
 rioris sui licentia , quidpiam à quovis procuret , & si liberè , ac
 gratuitò contingat cuiquam à benefactoribus aliquid offerri , te-
 neatur idipsum Superiori repræsentare , qui considerat à secun-
 dūm Deum indigentia , vel superfluitate , aut concedet , aut
 alteri indigenti , vel comunitati applicabit ; Hinc pariter ad evi-
 tandam simoniæ labem , mandamus , ne ullus Religiosus alteri
 Religioso res ulla , nisi viles , & minimas elargiatur , aut res suo
 usui concessas commutet ; Extraneis verò proprio nomine nihil
 omnino det , sed de expressa præsentis , vel rationabiliter præ-
 sumpta absentis Superioris facultate , poterit concessa à Superi-
 oribus devotionalia distribuere nomine Conventū , ex causis
 gratitudinis , conciliationis , benevolentiae , ejusque conservati-
 onem , erga Religionem , vel Conventum , aliisque causis ex sua
 natura actum virtutis , & meriti redolentibus .

II. Gratisum , & æquitati consonum indulcum , de novo
 confirmatur , nimirum : ut omnes Reverendi Patres diebus Do-
 minicis (officiator poterit hunc defectum intra aliam hebdomo-
 dam compensare) possint Missam unam libere applicare ; Patri-
 bus verò Provinciae Emeritis , insuper indulgetur etiam altera
 " 1728. Missa , infra hebdomadam applicanda " à qua nec hos , nec illos
 possint Superiorum locales impedire , poterunt tamen in multitu-
 dine Missarum celebrandarum præfatos pro adjumento huma-
 niter requirere , sed nullatenus eis imperiosè imponere ; Ad se-
 renandas porrò Patrum conscientias , declaratur , quod si localis
 Sup-

Superior hoc privilegium à majoribus indultum , imponendo violare pergeret , adhuc si secus applicent suas Missas (secluso contemptu) tutos esse in conscientia ,

III. Verūm , quia ex hac Missarum libera applicatione , cum 1724. violatione voti paupertatis possent gravia animarum damna emergere , consultò limitamus hanc libertatem , nimirum : quod eas applicent vel pro se , vel pro Parentibus , cognatis , amicis , benefactoribus vivis , atque defunctis , &c. & nullatenus pro rebus quibuscunque procurandis , seu anticipatè , seu subsequenter , tanquam mercatores , qui secus fecerint , pœnas proprietariorum indispensabiliter luantur .

IV. Quia visitationes locales , semel singulis Mensibus infallibiliter fiendæ , ad exactiorem voti paupertatis observantiam di- gnoscuntur esse institutæ ; Hinc Superiores locales non magis sollicitos debere esse de rerum necessiarum administratione , quam de tollendis indumentorum , librorum , ciborum , ac aliarum quarumcunque vel maximè curiosarum rerum superfluitate ; Fœdum enim est , ac insigne vitæ mendacium , summa paupertatis professorem se se asserere , & nullam rerum penuriam pati velle , interius dicitum instar affluere , & exterius more pau- rum mendicare .

V. Ad præscriptum sacrorum Canonum , & constitutionis Ordinis , sub reatu , & pœnis proprietatis ipsò factò incurrendis prohibetur Superioribus quibuscunque , quamecunque rem Ec- clesie , valoris ad minus decem scutorum Romanorum , seu 20. flo. Rhe. abalienare .

CAPUT SEPTIMUM.

De Confessariis , confessione Fratrum , & casibus reservatis.

§ I.

De Confessariis , & confessione Fratrum.

I. AD præscriptum Constitutionum generalium , & laudabilem multarum Provinciarum praxim statuitur ,[“] 1727. Confessarios præcipue juniores , annuatim debere examinari per Ministrum Provinciale , aut alios ab eodem deputandos ; Excipiuntur nihilominus ab hoc examine passivo Patres Pro-

vincie Emeriti, Súperiores locales, Lectores S. Theologiae,
Concionatores, nec non Lectores Philosophiae actuales, prout
* etiam candidati, * nisi evidenter constet de insufficientia cuju-
spiam illorum.

1698. II. Monentur Confessarii Conventuum, & Residentiarum, ut sese viriles, & infractos exhibeant in suo officio, contra quacunque personas, sive tæculares, sive Regulares, præsertim indispositos, restitutionibus obnoxios, & factè poenitentes, neque absolvere possint etiam Superiores suos, qui regularem disciplinam non curant, aut relaxant per se, vel per suos subditos; Neque enim potest quisquam majus inferre detrimentum Religioni, quam Superior sui amans, qui ut suis comoditatibus uti possit, nihil adversi pro Christo sustineat, laudes, & commendationes subditorum venetur, siisque ad omnia perpetrandam liberam pandat viam, non curando an Deus, & Religio offendatur, dummodo ipse in sua noxia pace manere possit.

III. In consolationem animarum, juxta priora Ven. Discretorii indulta, dies liberæ confessionis designantur sequentes: *Dominica Prima Adventus, prima Quadragesima, Nativitas Domini, Cæna Domini, Festum Paschatis, Immaculate Conceptionis B. V. Mariae,*

1728. S. P. N. Francisci, S. Antonii de Padva, Portiuncula, " & decima sexta Aprilis, in gratiam renovationis professionis; Nolumus autem hic intelligi novicos, qui singulariter alligati sunt suis Magistris, poterit tamen bis, terve de Anno discretus Superior de consensu Magistri, facultatem talem ipsis indulgere.

IV. Tandem prioribus Ven. Discretorii ordinationibus inharentes, declaramus Confessarios Conventuum, & Residentiarum, in tabula Capitulari nominatos, gaudere facultate absolvendi activa, & passiva. * Porro, nec Superiores locales, nec eorundem Vicarii (nisi essent Magistri novitorum) deputentur Confessarii suorum Conventuum, sicut ob similem rationem, nec Præsidentes suarum Residentiarum.

§ II.

De casibus reservatis.

Trid. sess. 14. c. 1. & I. **P**ro observantia hujus præcepti Regulæ, si qui Fratrum instigante inimico, &c. ex decretis Pontificum, & con-

fue-

svetudine antiquissima Religionis, reservantur infra scripti casus, à quibus non potest absolvere quisquam, nisi Generales, Provinciales, & illi quibus facultas fuerit concessa à prædictis.

*Can. 11.
Vallisol.
1593.
Sal. c. 7.*

1. *Veneficia, fortilegia, incantationes.*
 2. *Inobedientia contumax, videlicet quando post trinam admonitionem per diem naturalem, subditus perseverat in pertinaci inobedientia.*
 3. *Percussio gravis Religiosi, aut Clerici secularis.*
 4. *Manifestatio alicujus rei, ex qua infamatur Religio, vel aliquis particularis Frater.*
 5. *Peccatum carnis voluntariè consummatum.*
 6. *Proprietas peccatum mortale inducens.*
 7. *Furtum rei notabilis, vel iteratum.*
 8. *Falsa accusatio cum infamia accusati, vel porrectio falsi memorialis in aliquo tribunali.*
 9. *Falsum testimonium in judicio.*
 10. *Falsificatio manūs, v. i. sigilli Superiorum, aut alicujus notabilis personæ, vel Conventus.*
 11. *Malitiosum impedimentum, retardatio, & apertio literarum Superiorum ad subditos, & subditorum ad Superiores.*
 12. *Componere libellos famosos, consulere, vel inducere ut firant, quando eò pervenitur, ut exponantur, projiciantur, & quoquaque modo publicentur.*
 13. *Procurare, juvare, consulere abortum animatum, licet non sit fecutus effectus.*
- II. Tercatur Minister vel in Capitulo, & Congregatione, *Parisiens.* vel visitatione, vel in aliis occasionibus constituere unum, vel *1579.* plures pœnitentiarios, juxta exigentiam Conventuum, qui habent facultatem absolvendi ab omnibus casibus, quamdiu morantur in illo Conventu, à quo si debeat exire, vel recedere, *Clem. 8.* de casuum virtute hujus statuti succedat antiquior Confessarius, usque dum Minister provideat.

III. Ex concessione Apostolica possunt Generales, & Provinciales, ipsorumque Vicarii in suis Provinciis, absolvere suos *Mare M.* subditos, & alios undecunque ad se venientes, ab omnibus casibus, & peccatis commissis, ante, & post ingressum Religionis, *Priv. tit.* *apud cmp.* ab omni-

absolutio, ab omnibus censuris, sententiis excommunicationis, suspensiō quod *Fran*-*cis*, & interdicti, fulminatis in corpore juris Canonici, vel gen-
tēs. § 7. neraliter promulgatis à judge, licet fuerint reservatæ sedi Apo-
Sixtus IV. Stolicæ; Exceptis hereticis relapsis, schismaticis, falsificatoribus
Julii VII. literarum Apostolicarum, & illis, qui ferunt res prohibitas ad
partes infidelium; Possunt etiam dispensare in omnibus irregu-
laritatibus contractis ex supradictis delictis, vel propter celebra-
tionem Divinorum officiorum in locis interdictis, vel propter
receptionem Ordinum in dictis censuris, exceptâ bigamiâ, &
homicidiō voluntariō.

IV. Ex declaratione Ven. Discretorii Generalis Reformato-
rum de Anno 1688. habita, notum facimus, nullam esse abso-
lutionem sacramentalem quoad casus reservatos, defectu jurisdic-
* tionis, in quibus Confessarius est complex * respectu alicujus
nostrī Ordinis, etiam si à Generali haberet facultatem in reservata.

1723. V. Unanimi omnium consensu iteratis vicibus conclusum,
& denuò confirmamus, ne Patres nostri extra casum inevitabilis

1724. necessitatis, spretis ordinariis Conventuum, & Residentiarum
Confessariis, "indiscriminatim confiteantur Patribus Observantibus,
quia talis confessio si passim fiat, est utrinque scan-
dalosa, & ob hoc à Ven. Discretorio declaratur nulla; * A fortiori
qui sit aliis quibuscunque extra Ordinem, si tamen (etiam
in casu necessitatis) contingat aliquem, delictum reservatum
confiteri, teneatur illud proxima occasione apud ordinarium
Confessarium deponere, pro directa absolutione.

1728. VI. Missionarii, & Capellani, si alicui casui reservato essent
obnoxii, si sibi invicem occurrant, poterunt se mutuo absolvere
indirectè, cum onere alia occasione coram habentes facultatem
seipso sistendi.

1721. VII. Quantum ad casus in Dyœcesi reservatos, & in facultati-
bus Missionum expresos, Reverendi Patres Confessarii, quibus
in tales casus specialis facultas fuerit concessa, dum ē Conven-
tibus fuerint emitti, extra spacium unius milliarū hungarici pos-
sunt quovis absolvere, immo etiam intra milliare nimilium senes,
graviter infirmos, & a fortiori in urgenti, ac probabili periculo
mortis constitutos.

VIII. Pariter omnibus Reverendis Patribus Confessariis, in tabula Capitulari nominatis, conceditur facultas absolvendi ab omnibus supra nominatis casibus, tempore confessionis Paschalis, in Festis Portiunculæ, S. P. N. Francisci, S. Antonii Paduani, & hoc in Conventibus, & Residentiis; Extra autem hæc tempora ubique insigne concursus populi fuerit apud quascunque Ecclesiæ, & pia loca, in quæ signanter fuerimus expediri, prædicti omnes pari privilegio gaudeant, alijs verò temporibus indigent speciali suorum Superiorum expressa licentia.

CAPUT OCTAVUM.

De Capitulis, Congregationibus intermediis, qualitatibus eligendorum, & electionibus; De praecedentiis, & tabula capitulari, titulis, & transitu Fratrum.

§ I.

De Capitulo triennali, Congregationibus intermediis, qualitatibus eligendorum, & electionibus.

I. **Q**uia celebrationi capitulorum, & ordinariarum Ven. Diffinitorii congregationum præmitti solent visitationes canonicae; Hinc commodo Visitatorum prospicere studentes interrogatoria Visitationum consulto hic subjici voluimus.

INTERROGATORIA VISITATIONIS.

Primo. Si cum pietate Christiana fiat cultus Divinus, & observantur sacri ritus, & cæremoniae Ecclesiastice,

Secundo. Si omnes conveniant ad Divina officia die nocturnaque, si frequententur Sacra menta, si celebrentur Missæ.

Terio. Si observetur vita communis in Refectorio, si habeatur ibi lectio.

Quarto. Si sint transgressiones circa paupertatem, obedientiam, & castitatem.

Quinto. Si fiat quæstatio pecuniae illicitæ.

Sexto. Si sit Frater aliquis proprietarius.

Septimo. Si datur scandalum sacerdularibus.

Octavo. Si Guardianus diligenter, & prudenter se gesserit.

Nono. Si observentur Bullæ Pontificiæ, & statuta Ordinis

Decimo. Quomodo Provincialis se gesserit in suo officio, si vivit in suo tempore.

Undecimò. Si satisfecit subditis.

Duodecimò. Si fuit exemplaris ipse, & socii.

Decimotertio. Si in tota Provincia sit abusus Regulæ, particularitatis, & inordinationis.

II. Præmissis omnibus de jure præmittendis, postquam Patres in conclave ingressi fuerint ad celebrandas electiones, si futura sit exhortatio, post illam, sin vero non sit futura immediate prælegatur ordinatio Sanctissimi Benedicti xiiii. de qualitatibus eligendorum, vivæ vocis oraculo Reverendissimo procuru M“ 1725.istro Generali Laurentio à Sancto Laurentio facta, “ & strictissimè observari demandata, prout sequitur.

Primò. In congressibus capitularibus absolute cavendum, ne ullus in alicujus gratiam promovendus proponatur, aut sic propositus promoveatur, sed omni cuiuscunque respectu seposito, pure & solùm merita, & habilitates, in eligendis respiciantur, ita, ut dum Patres Diffinitorii uniti fuerint in loco capituli, exhibitus & aliis principalioribus Patribus, si qui ibidem adsint, sincero, & diligenti examine inquiratur in qualitates eorum, qui concurrere possunt, quibzque meritū, & qualitatibus præstantiores invenerint, etiam reliquis vocalibus proponant, ut & ipsi secundum propriam conscientiam, desuper deliberare, mentem suam exponere, & taliter transire valeant ad electionem eorum tantum, quos omnibus bene ponderatis digniores, & aptiores invenerint; Ad id unum omnes collimantes, ut sicut per Jacobos Canones sub gravissima culpa ter sancte mandatur, soli digniores promoveantur.

Secundò. Advertendum autem, quod non semper sunt digniores qui sunt doctiores, vel sanctiores, sed qui prudentiores, & ad gubernandum aptiores, secundum doctrinam Doctoris Angelici, & aliorum Sanctorum Patrum; Hinc minimè necesse est, ut promovendi sint omnes, & soli Lectores, dum alii habiliores, & prudentiores non desunt; Quando vero in Lectribus etiam alia conditiones concurrunt, puta prudenter, vita bonitas, zelus observantia Regularis, & regendi capacitas, tunc perterunt Patres Lectores, imò debebunt reliquā preferri.

Tertiò. Et quia in Religione, & quibusvñ Provinciis nostris, ad aliora officia promovendi, vel sunt Lectores, Concionatores, Magistri novitorum, vel ex-Guardiani, hinc ut ad ritē, & laudabiliter persungendum officiis suis incitamentum habeant, debent non tantum merita, & quali-

qualitates in eorum promotionibus considerari, sed etiam qualiter se in suis officiis gesserint.

Quarto. In Guardianorum electione nemo habeat votum, praeter novum Ministrum, & immediatum Ex-Ministrum Provinciales, Custodem, & quatuor Diffinitores, qui singuli tenebuntur sensum, & mentem suam super eligendos edicere, hoc præ primis attendentes, ut non promoueantur, nisi morigerati, discreti, charitativi, & regularem observantiam zelantes, ubi ceteris paribus etate provectiones semper præponantur junioribus, qui per se magis apti sunt ad introducendas, & fons das laxitates, quam ad conservandas, & stabiliendam regulariter disciplinam.

Quinto. Pater Provincialis sub pena violatoris supradictæ constitutionis, caveat patentes, seu tabulas electionum cuicunque alteri Patri consignare, sed eas omnes ipse solus ita Patribus Guardianis præsentibus dispenset, & absentibus mittat, ut suo, non alieno nomine ad eos directè perveniant.

Sexto. Præmissæ dispositiones debent similiter respectivè observari etiam in Congregationibus Ven. Diffinitiorii intermedii, ac etiam extra ordinariis, in quibus electiones canonicas celebrari contigerit. Præsentem instructionem simplici stylo exhibitam, pro Capitulo, & Congregationibus ritu, & canonice celebrandis, non tantum tempore Vestræ Paternitatis, sed & successorum pro semper applicandam esse volo, & ideo postquam ad librum Provinciae reportata fuerit, ejus transcriptum in loco officii affigi, & in proximo Capitulo, vel Congregatione publicari debet, ut singula, que in eadem prescribuntur, pro debito exactè serventur.

III. Præter hæc sunt & alia sub nullitate electionis observantur Rom. da circa qualitates eligendorum, nimirum: Minister Provincialis 1639. alis "debet ad minus habere 35. Annos ætatis, & 15. Religio- Trid. sess. nis, observare vitam communem in viætu, & vestitu, & sit, aut 24. Vallis. fuerit Lector, aut Concionator; Et quanquā in Constitutionibus 1593. generalibus aliquando aliud fuit ordinatum, nunc ex declaratio- " Rom. ne Ven. Discretori generalis Rom. " simplex bina electio alicuj" 1688. in Guardianum non habitat quemquam ad Provincialatum. n. 50.

IV. Custos vocalis, & Diffinitores debent eisdem habere Rom. qualitates, quæ sunt necessariae pro Ministro Provinciali; Annus 1587. verò ætatis tum in isto, tum in Diffinitoribus, & Custode, à jure Rom. requisitus "debet esse complectus." E 2 V. 1688.

V. Consideratis, & discussis qualitatibus eligendorum, Vocales omnes genuflexi facient con'essionem generalem, & Præses absolvet eos in se'quenti forma.

Miseratur vestri Omnipotens Deus, &c.

Indulgentiam, absolutionem, &c.

Dominu' noster Iesu' Christu' vos ab' oluat, & ego au' toritate ipsius,
ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac sancte Sedi' Apo-
stolica, mihi in hac parte commissa, & vobis concessa, absolvō vos ab' omni
vinculo excommunicationis si quām incurris'is, & restituo vos unioni, &
participationi fidelium, nec non sacris Sacramentis Ecclesie, dispensan-
do vobiscum in omni sententia irregularitatis, suspensionis, & interdi-
cti, si qua innovati estis, & ad effectum electionis canonica, ritē nunc per
vos celebra'nde, quatenus opus sit, & indigetis vos habilito'; In nomine
Patri' & Fili', & Spiritu' sancti Amen.

VI. Post hæc Præses genibus flexis intonabit Hymnum *Veni*
Creator Spiritu', &c. quem Capitulares in duos choros ordinatè
distributi, usque in finem alternatim genuflexi prosequuntur;
Quō finitū, sequentes versus cum suis responsoriis à duobus
Cantoribus præcinantur, collecta autem subsequens à Præside.

V. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit Cœlum, & terram.*

V. *Sit nomen Domini benedictum.*

R. *Ex hoc nunc, & usque in seculum.*

V. *Deus virtutum converte nos.*

R. *Respice de Cælo, & visita vineam istam.*

V. *Memento congregationis tuae.*

R. *Quam possedisti ab initio.*

V. *Ne nemineris iniuriam nostram antiquarum.*

R. *Sed cito anticipent nos misericordia tua.*

V. *Elige David seruum tuum.*

R. *Pascere Jacob, & Israel hereditatem tuam.*

V. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.*

R. *Et renovabis faciem terre.*

V. *Domine exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

V. *Domine vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

Ore-

Oremus.

Domine qui corda nostri ovinium, cui omnis voluntas loquitur, & quia nullum latet secretum, ostende nobis quem elegeris accipere locum Ministerii hujus, in quo pro in nos studio semper tibi placitum, familiariter tuam virtutibus instruit, & fidelium mentes spiritualium aromatum odore persundat. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

VII. Per actis his, à Præside de consensu Diffinitorum deputabuntur duo, vel tres disquisitores, qui sint de corpore Capituli, non tamen concurrentes, quibus Præses sub pena excommunicationis, imponet silentium de servandis secretis.

VIII. Post hæc Minister Provincialis genuflexerit coram Præside, traditòque illi sigillō, renunciabit officio, & dicet suam culpam; Cui Præses prout Deus inspiraverit, aut gratias aget pro laboribus, aut corripiet, vel etiam penas imponet pro demeritis.

IX. De hinc immediatè Præses ipse, post ipsum singuli electores genuflexi coram Crucifixi imagine, deponent juramentum de eligendis dignioribus.

X. Quocunque demum in loco fiant electiones, disquisitores unà cum Præside, & Secretario, sedeant in medio Congregations ad mensam, in hunc finem ante prepararam, ut ab omnibus possint observari; Schedulas autem non ipsi colligent, sed singuli Vocalium suo ordine, & nominanter vocati, immittent illas in vesculum ad hoc preparatum.

XI. Secura electione, & quamprimum in scripta fuerit redacta, unus ex disquisitoribus immediatè, & nullā interposita mora publicabit electionem in sequenti forma.

IN NOMINE DOMINI AMEN

Hæc est electio Adm. Rñdi. Patris NN. Ministri Provincialis, Provinciae S. Regis Stephani, Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Arietoris observantie per Patres Vocales in Conventu NN. capituloiter, ac legitimè congregatos. Anno Domini -- die vero -- Mensis -- Canonice, & ritu celebrata, in qua quidem electione Reverendus Pater NN. habuit vota, -- Reverendus Pater habuit vota, -- & Rñdius. Pater habuit vota, -- & ego Frater NN. unus ex disquisitoribus, & compromissariis, virente compromissi, in me, & in socios meos limitati, nomine omnium,

qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt prefatum Adm.
Reudin Patrem N N. Ministrum Provincialem canonice electum nomine,
& sic electum denuncio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen.

XII. Publicata electione, ad signum campanæ convocetur familiæ Religiosa, & procedarur modestè, ac graviter ad Ecclesiastam, cantando interea Te Deum laudamus; Quod finitò subnectantur sequentes versus, cum orationibus.

- V. Benedicamus Patrem & Filium cum S. Spiritu.
- R. Laudemus, & superexaltemus eum in secula.
- V. Confirmā hōc Deus quod operatus es in nobis.
- R. A Templo sancto tuo quod est in Jerusalem.
- V. Fiat manus tua super virum dexteræ tue.
- R. Et super Filium hominis quem confirmasti tibi.
- V. Dignare me laudare te Virgo sacrata.
- R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.
- V. Domine exaudi orationem meam.
- R. Et clamor mens ad te veniat.
- V. Dominus vobiscum.
- R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Ministro nostro,
dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis eternæ,
ut te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Concede nos famulos tuos quesumus Domine, perpetua mentis, &
corporis sanitatem gaudere, & gloria Beate Mariae semper Virginis
intercessione a præsenti liberari tristitia, & aeternam perfrui letitiam.

Deus qui Ecclesiam tuam Beati P. N. Francisci meritus, satu nova
prolui amplificas, tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicer,
& Cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per
Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

XIII. Non secuta electione Provincialis, & Diffinitorum in-
tra diem naturalem, non esse in arbitrio Praesidis nominare
quem velit, sed de consilio Dilectoriori constituat Commissarium
Provincialem; In locum autem vacantis Diffinitoris pari con-
sentiu substituatur Pater dignior, siveque terminentur omnia acta
capitularia, & Reverendissimus Pater Generalis informetur de
non secuta electione.

XIV. Vacante Diffinitoriatu quacunque de causa, si nullus adsit Pater Provinciae Emeritus, tunc subrogetur dignior ex-Custos, hoc deficiente dignior ex-Diffinitor, & tandem his omnibus deficientibus Guardianus Conventus principalioris, supposito quod ætate, & aliis qualitatib^o à jure requisitis polleat.

XV. Tametsi in hac Provincia longiori, & à Reverendissimo Patre Ministro Generali Matthæo à S. Stephano approbata praxi, haec tenus una tantum intermedia Ven. Diffinitori Congregatio celebrari consueverit, * in posterum tamen ad præscriptum Constitutionum generalium invariabiliter fiant duæ intermedia Congregationes. *

§ II.

De præcedentia, & tabula Capitulari.

I. Supposito quod in nostra Provincia nunquam sint futuri Generales Curiæ officiales, ad præscriptum Ordinationis SS. Doñi Urbani VIII. " Patres præcedent sequenti serie: " *Confl.* Minister Provincialis, Patres Provinciæ, Custos, & Diffinitores alias pro actuales durante officio. Post istos præcedant Lectores actuales *Cong. 16.* S. Theologiæ, dein Concionatores. Guardiani in suis Conven- 42. 22. tibus præcedere habent omnes præter unum actualem Mini- *Decemb.* strum, Vicarium vel Commissarium Provinciales, Vicarii au- tem Conventuum præcedant omnes alios (præter supradictos Patres Provinciæ Emeritos) & in Refectorio immediate sedeant penes Guardianos ordinariè; Et in absentia Guardianorum in *Lant. pa.* publicis actionibus præcedant etiam supradictos, prout decisum 412.n.7. fuit Romæ, 18. Decembris. 1657.

II. In Capitulo Provinciali (idem esto judicium in Congregationibus Ven. Diffinitori intermediis respectivè) Guardianus cedat præcedentia Patribus Provinciæ Emeritis, Custodi, & Diffinitoribus actualibus, tanquam Provinciæ Superioribus; * * (Inter quos reperitur etiā Secretarius Provinciæ) Hos sequatur Secretari^o commissionis, istum Guardianus loci, ac ceteri Guar- diani vocales; Hos Lectores Emeriti, Custodes, & Diffinitores habituales; Dein veniunt Lectores, Concionatores, & Secretarius, seu Amanuensis continuus Ministri Provincialis, juxta antiquitatem Religionis.

III. Non tantum Guardiani, sed etiam Praesidentes locorum cum jurisdictione, ad alios Conventus accedentes, præcedant & Vicarios locorum, & sacrae Theologiae Lectores.

1722. IV. Reverendi Patres Diffinitores tam actuales, quam habituales præcedere debent Reverendos Patres locorum Vicarios, & à potiori Lectores sacrae Theologiae, nisi Vicariatu majus sub * esset obstaculum; Philosophiae verò simpliciter Lectores (* prot., & sacrae Theologiae Moralis) non præcedant Sacerdotes seniores se in Religione 24. annis completis.

V. Lectores Generales, & Emeriti præcedere debent immediate post Diffinitores actuales, nisi aliud potior expolcat prærogativa.

- VI. In tabula capitulari, familia Conventū in quo Capitulum, vel Congregatio celebratur præponatur, * reliquorum autem Conventuum tabula, ordinetur juxta antiquitatem Conventuum, quae in dubio poterit haberi ex Protocollo Provinciali.

1728. VII. Si post hac aliquas ordinationes, & Decreta (quas ratißimas, & oppidò necessarias opportet esse) in posterum à toto Discretorio, vel Diffinitorio contigerit emanare, ejusmodi sanctiones adjiciantur ad calcem tabularum capitularium.

§ III.

De titulis.

I. Conformiter ad dispositionem Venerabilissimi Discretorii generalis, de Año 1688. statuitur, ne ulli præter Provincialem, & Patres Emeritos, titulo Admodum Reverendi, seu scripto, seu voce insigniantur; Guardiani, Praesidentes cum jurisdictione, Custodes, Diffinitores, & S. Theologiae Lectores, tam actuales, quam habituales, Reverendi; Vicarii Conventuum, Prædicatores, Philosophiae, & Theologiae Moralis Lectores Multū Venerandi, cæteri omnes titulentur Venerandi.

- “Videtur.” II. In titulis dandis districte prohibetur, ne quisquam sibi met, aut alteri titulum Lectoris Emeriti dare prælumat, “nisi 1694. ad præscriptum Constitutionum generalium continuis, & non interpolatis duodecim annis docuerit sacram Theologiam, multò minus audeat quisquam sibi, vel alteri titulum Theologi attribuere, sub poenis constitutionis Discretorii generalis Romani de anno 1688. impositis.

§ IV.

§ IV.

De transitu Fratrum.

I. Confirmatur, & ad ungvem observari demandatur ordinatio Ven. Discretorii de Anno 1724. ne quispiam secum sarcinam librorum, sed nec unum, alterumve de loco ad locum transferre presumat, cum sit actio excommunicationi Papali obnoxia, sed tantum scripta sua, Breviarium, Diurnale, liberum Evangeliorum, unum, alterumve de expressa Superiorum licentia familiare in devotionalem; "Proinde Superiores pro 1728. tunc habituales (si non adfuerint actuales) invisant sarcinas transferre volentiū, & si quae in eis invenerint hic non concessa tollant.

II. Monemus porrò omnes, & singulos Sacerdotes, ut unusquisque prout tempus, & occasio permiserint, diligentem se exhibeat in apparatu Concionatorio, scripto elaborando, quod item licite, & quorsumcunque poterit circumferre. 1728.

III. Mandamus pariter locorum Superioribus, ut nullatenus permittant à suis subditis, libros in fackulis, & sportulis circumferri, cum manifesto, & irreparabili illorum damno, & destructione; Contravenientes sine remissione intra limites Paternæ distictionis severè puniant, & libros usurpatos tollant. 1724.

CAPUT NONUM.

De Prædicatoribus, Lectoribus, Studiosis, & Silentio.

§ I.

De Prædicatoribus.

I. Exhortamur in Domino, obtestamurque per omnia Sancta Prædicatores nostros, ut seria consideratione secum perpendant, jugiterque præ oculis mentis habeant Sancti Patris Nostri monitum, ut sint examinata, & casta eorum eloquia, &c. Proinde non vanitates, levitatésque Academicas, sed Seraphico-Apostolicum spiritum spirantes, ad destructionem vitiorum, & ædificium virtutum totis viribus adnitantur, non verò ad prædicandum sibi ipsis, vel ut placeant hominibus.

II. Fugiant super omnia conversationes cum sæcularibus, ne scandalum præbeant, destruendo operibus, quod ædificant ver-

bis; Pro pœnis in contravenientes remittimus ad constitutiones nostras generales.

§ II.

De Lectoribus, & studiosis.

1728. I. R everendis Patribus sacræ Theologiæ Lectoribus solita scabella, & disputationes menstruas, omnium solertia frequentanda districtè imponimus, quæ tempore hyemis ante vespertas, in æstate vero post refectionem vespertinam peragenda ordinamus; Insuper, ut ad præscriptum Constitutionum generalium, in fine cuiuslibet Anni, Theses, quas illò Añō docuerunt, publicæ disputationi exponant, secus agentibus nolumus ullatenus suffragari Lecturam pro emeritura, quot quot Años alijs docuerint.

II. Quia, & paucitas, & tenuitas Catholicorum benefactorum occurrit, insuper annuatim frequentius molestantur iidem benefactores, non tantum ex hujate societatis Academia, sed etiam ex Hungaria; Proinde Constitutiones Generales, impres-

1721. siones thesium cum imaginibus imprimi prohibentes ("quod etiam in alma Provincia iteratò inculcatum comperimus") tan-

1728. dem strictim observari demandamus nisi forte aliquis sua sponte, & à nobis nec quidem indirectè requisitus, ad similia se se offerret. Porro tum Lectorum, & à fortiori studiosorum quantumvis occultæ contrariæ praxi, sub reatu, & pœnis illiciti recursus, & proprietatis, hac seria, & strictissima inhibitione occurrendum censuimus.

1728. III. Ad obviandum contentionibus, redimendūmque tempus silentii, inviolatè observandum injungitur, * ut oppugnantes in scabellis, suas difficultates breviter, & ad summum quatuor, vel quinque solidioribus argumentis expediant; In his enim, & similibus, inter Religiosos præcipue, spectanda venit

" 1728. solius veritatis eruditio, & non victoriæ reporratio; " Ideoque contrarium facientes ut manifesti vanæ gloriæ Alumni, finitis prout ordinatum est disceptationibus, ab ipsis Lectoribus, aut si ipsi conniventes sint à Superioribus localibus ex loco conferentiарum continuò amandentur.

IV. Studiosos sive Philosophiæ, sive Theologiæ, nullatenus aude-

audeant Superiorès locales diebus lectionum mittere extra Conventum , néque diem menstruæ disputationis à Lectoribus determinatam mutare , hinc ne quidpiam controversiæ inter hos , & illos oriri possit , debent Lectores Superiori locali præviè , & tempestivè circa hoc mentem suam intimir.

§ III.

De silentio.

I. **J**uxta doctrinam celeberrimi viri Hieronymi natalis , apud Rodriuez parte 2. tract. 2. cap. 6. ad reformatam alicujus Domùs , aut Ordinis disciplinam , nihil aliud requiri , quām introducere silentium , quō servatō omnia bene ordinata , ac reformata erunt ; Cujus rei gratia , omnium penē Ordinum statuta , ipsum quōque jus commune , præcipuum habueat inducendi , & observandi in communitatibus Religiosorum silentii studium . Capite *Cum ad Monasteriorum*. De statu Monachorum præscribit Innoc. III. “ Proinde graviter injungimus , ” 1728. ut non solum in Conventibus , sed etiam in Residentiis pulsetur pro silentio , tam octavâ vespertinâ , quām primâ pomeridianâ , post quæ si quis sine necessitate , conventicula , confabulationes inutiles , deambulationes , strepitus , &c. instituisse depræhendatur , ad præscriptum constitutionum generalium sine remissione plectatur .

II. Demūm ut studiorum temporis silentioque religioso matutinū consularunt , refectio matutina infallibiliter fiat horā media-undecimā , vespertina verò mediā-sextā . Unde Superiorès locales absolutè asvescere faciant cocos , sūm munus ad horas nominatas ad ungvem exequi , ne protractione temporis , præsatæ ordinationi præjudicium inferatur ; Contravenientes Religiosos cocos , postpositâ quacunque excusatione puniant ; Non tamen tollitur omnimodè discretis Superioribus , ob rationabilem causam , & in raro eventu , tempus illud ad quadrantem horæ ad summūm prolongandi .

III. Statiuimus desuper , ut ubiqūque Superior Provincialis 1728. adfuerit , localis nullatenus audeat sine illius expressa licentia hospites , sive seculares , sive Ecclesiasticos ad communem cum Fratribus refectionem detinere ; In absentia verò illius , sine Di-

scretorum consensu, quia ob similia cum notabili disciplinæ religiosis detimento, frequenter multa necessaria negliguntur; Et percontari libet, quando legentur bis de Anno Statuta Municipalia, Declarationes Regulæ, Constitutiones summorum Pontificum, & alia toties legi præscripta?

IV. In simili, si occurrant hospites, vel maximè mediocris conditionis, Religioni tamen bene addicti, debere eos prudenti cum excusatione in privato refici.

CAPUT DECIMUM.

De capitulis culparum, correctionibus, paenarum generibus, & applicatione singularum paenarum singulis delictis.

§ I.

De capitulis culparum, & correctionibus.

I. **U**bi in nostris statutis generalibus disponitur, à Laicis per quinquennium singulis hebdomadibuster deberre recognosci culpam, nimirum feria secunda, 4ta, & 6ta, quinquennium intelligendum esse à professione, juxta declarationem Discretorii Generalis de Año 1688. Chronologia historico legalis pagina 231.

1728. II. Convetudinem Provinciæ ponderosis rationibus innixam, omnino ratam habentes, inviolatè observandam statuimus, ut nimirum feriis sextis Guardianus, feria 2da, & 4ta Vicarius excipiat culpas Fratrum, non tollitur tamen per hoc Patrum Guardianorum ordinaria jurisdictio, si subinde præfatis etiam diebus ipsi voluerint excipere culpas eorumdem.

III. Potest in hac Patria contingere, prout etiam frequenter contigit, ob diurniorem Episcopatus vacantiam, aut etiam bello, vel alio quovis inevitabili casu verante, Clericos ultra debitum vacare à sacris ordinibus suscipiendis, ideo in simili casu, exclusa omni fraude, & conniventia Superiorum Majorum, (in quo eorum conscientiæ gravantur) posse dispensari cum iisdem in flagellis disciplinæ, & comeditione in terra feria sexta, à dicendis culpis feria 2da, & quarra, ita tamen si expleverint sextum à professione Annum; Item à servitio mensæ, si adsit copia recentiorum professorum; Si vero aliquos Clericos necessitate

urgente ad sacros Ordines, etiam Presbyteratum ante tempus promoveri contigerit, in omnibus præmissis, donec annos Clericatus adimpleverint, indispensabiliter exercere oportet, nisi cum aliqua gravi, & qualificata persona aliquando aliud facendum svideret prudens ratio.

IV. In ultimo triduo majoris hebdomadæ servetur accurate, disciplinæ flagella faciendi consuetudo per spacium trium *Miserere*, & oratione *Reffice quesumus, &c.*

V. Ad præscriptum Constitutionum Apostolicarum, ac Ordinis nostri, ubique, & ab omnibus receptum, omnes Patres, & Fratres, nullis planè exceptis, compareant ad capitula culparum feria sexta coram Superioribus locorum celebranda, gravioriter tamen monendos esse censuimus Superiores, ne in Patres de Provincia optimè meritos (inter quos comprehendi volumus etiam Custodem, Diffinitores tam actuales, quam habituales, & alios in sacra Religione grandævos) debacchando abutantur hæc præcellentiâ, quæ eisdem non ad exaturandum immodico blie oppletum stomachum, sed potius ad reportandum inter alia ab his incomparabile humilitatis meritum, noscitur ab initio esse collata.

VI. Teste S. Antonino, plurimæ Religiones quæ cum magno fervore, & vita sanctimonia initium posuere, minima paternarum traditionum negligentes, processu temporis paulatim defluxerunt, & exinanitæ sunt usque ad fundamentum, quanto magis hoc ipsum est metuendum ob graviores transgressiones? Proinde ad præscriptum Constitutionum generalium, ad ungvem observandam demandamus capitulorum culparum hebdomadatim statis diebus celebrationem, admonentes Superiores verbis Apostolicis, ut errata suorum in spiritu lenitatis excipientes, "abstineant à severioribus increpationibus, calumniis, & verbis nimium invectivis, quæ ad nihil profundunt, nisi ad ruinam, & destructionem; Subditos pariter omni qua possimus efficacia hortamur, ne ex sola consuetudine, & quasi adacti, sed cum omni reverentia, humilitate, & corde contrito, culpas suas recognoscere adlaborent, ad lucrandas toties, quoties trium annorum & totidem quadragenarum indulgentias, concessas à Paulo V. Bulla Romanus Pontifex.

§ II.

De Pœnarum generibus.

*Pœnae quibus Seraphicus Ordo noster hucusque usus est,
sunt sequentes.*

1. **P**rivatio vocis activæ, & passivæ, seu juris suffragiorum, quæ inhabilitat tam ad ferenda, quam ad consequenda suffragia in quacunque electione.
2. Privatio actuum legitimorum, est inhabilitatio ad omnia Ordinis officia, id est Ministeriatum, Diffinitoriatum, Custodiatum, Guardianatum, & omnia officia, quæ sunt cum dignitate, & Superioritate conjuncta.
3. Privatio officiorum Ordinis: inhabilem reddit non solum ad supradicta, sed etiam ad confessionem, prædicationem, Lecturam, Paternitatem, & munus visitatoris.
4. Carceris pœna est, alicujus reclusio in obserato loco, sine chorda, & caputio, includit privationem actuum legitimorum ipsò factō.
5. Ejecțio, seu expulsio ab Ordine, quæ discolis, & incorrigibiliis imponitur.
6. Pœna talionis est, quâ accusans, & non probans delictum objectum, puniri debet, ac si ipse tale delictum commisisset.
7. Probationis capitum, seu caparonis delatio more novitiorū.
8. Excommunicationis, vel suspensionis sententia.
9. Infamiae pœna.
10. Exilium.

§ III.

Applicatio singularium pœnarum singulis delictis.

1. **D**E summo Pontifice, maximo Christi in terris Vicario, deque illius dignitate, decretis, & Constitutionibus, qui impudenter, vel minus quam decet reverenter obloqui ausus fuerit, trimestris carceris pœna, vel graviori etiam puniendus est, juxta delicti mensuram.
2. Impudenter obloquentes de Eminentissimis Protectore, & Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus, deque Reverendissimis Ecclesiarum Prælatis cum scandalo, carceribus sunt mancipandi, vel gravius etiam, pro oblocutionis excessu puniendo Superiorum arbitratu.

3. Qui

3. Qui Generali, vel Commissario ab eo missio ad visitandam Provinciam rebellaverit, excommunicationis Sanctissimo reservatae pœnam statim incurrit, ac privationem suffragiorum, officiorum Ordinis, & perpetuam inhabilitatem ad illa..
4. Qui Provinciali, Guardiano, aut Vicario rebellaverit, omni suffragiorum jure triennio carere debet.
5. Contumax (id est qui trina monitione eodem die congruis intervallis præmissa, inobediens perseverat, ut de Discretorum consilio carceribus mancipari mereatur) est carceris pœnâ plectendus, & consequenter actibus legitimis privandus.
6. Qui in Prælatum improperii, & convitii verba protulerit, genuflexus in publico, debet in pane, & aqua jejunare, ac omni suffragiorum jure biennio carere, provocans autem graviter aliquem factis, aut verbis, pro prima vicè probatioonis caputum deferre, pro secunda, bimestri carceri mancipari, ac activa, & passiva voce decennio privari debet.
7. Qui Frater alteri, vel in Ordine, vel extra minabitur in persona, per mensem probationis caputum deferat, si manum levaverit, vel aliquid acceperit ut percutiat, per tres menses, si leviter percusserit per annum, si graviter percusserit, vel quodlibet instrumentum ad graviter percutiendum arripuerit, semestri carceri mancipandus venit, quâ pœnâ puniendus erit, qui arma offensiva vel portaverit, vel in cella, aut alibi retinuerit.
8. Qui gladiô, baculô, vel pugillô Fratrem, aut sacerularem percusserit, in carceris unius anni pœnam incidit, omni suffragiorum jure, & actibus legitimis perpetuò privari, ac per mensem, ter in qualibet hebdomada coram Fratribus capitulariter congregatis genuflexus comedere debet, ipsismet instrumentis, quibus ferire, vel percutere ausus est, ei de collo pendentibus.
9. Quod si mors secura fuerit, vel atrox mutilatio, ad triremes omnino condemnandus est.
10. Qui aliquem enormiter vulneraverit, vel ei venenum dederit per se, vel per alium, eisdem pœnis subjacere tenetur.

11. Prælatum localem gladio occidens , ad triremes perpetuò condemnari , vulnerans non secuta morte , ad eosdem mitti Superiorum arbitrio debet .
12. Provincialem vel leviter percutiens , ad triremes Generalis arbitratu mitti , si in gladio molicus fuerit , sive secuta sive non secuta morte , ad eosdem triremes perpetuò damnari debet .
13. Generalem quoquomodo , vel levissimè percutere ausus ad triremes perpetuò , & omnino damnandus est .
14. Falsificantes per se , vel per alium literas , aut sigilla Prælatorum , Principum , Generalium , Provincialium , aut notabilium personarum , sunt ipsò factō excommunicati , carceri mancipandi Generalis arbitrio , atque ad omnia officia , & dignitates Ordinis perpetuò inhabilitandi .
15. Generalium , Provincialium , aut sæcularium Principum , & notabilium personarum literas , sive ab ipsis , sive ad ipsum missas intercipientes , aperientes , impedientes , aut malitiosè retardantes , ipsò factō actibus legitimis destituendi sunt , & hujus pœnæ incapaces , probationis caputum deferant , Generalium , vel Provincialium arbitratu , quibus respectivè pœnarum condonatio reservatur .
16. Revelans extra Ordinem Religionis secreta , quibus fama , & candor ipsius Ordinis maculatur , incidit in excommunicationem majorem Generali , vel Provinciali reservatam , ac perpetuò est privatus actibus legitimis .
17. Qui libellos famosos quomodolibet ediderit , vel publicaverit , ipsò factō excommunicationis sententiam incurrit , à qua si in Generalis vel Provincialis infamiam cedunt , nisi à Generali absolvī non potest , vel à Provinciali si in aliorum infamiam vergant , debita satisfactoria præmissa , & convictus semestri carcere maceretur , vel amplius Superiorum arbitratu .
18. Libros imprimi faciens , vel publicans sine licentia Ordinarii , & Generalis scripta facultate , est eō ipsò privatus actibus legitimis .
19. Qui statutis jejuniorum diebus , absque necessitate Superiori

- ori probata, non jejuoaverit, præceptum non solùm in qualitate, sed etiam in quantitate ciborum transgrediendo, suffragiorum jure privandus est Provincialis arbitratu, à quo etiam graviùs arceri debet, prout violationis ratio svalserit.
20. Qui officio divino non intersuerit, à Guardiano secundūm consuetudinem Religionis puniri debet: Qui autem illud aliquoties non recitasse convictus fuerit, omni suffragiorum jure triennio carere debet, & graviùs etiam puniri Provincialis arbitratu.
21. Qui Sacrae scripturæ sensum, vel verba, in prophanos usus detulerit, eisque in familiaribus colloquiis abusus fuerit, voce activa, & passiva triennio privandus erit, & menstruo carceri mancipandus.
22. Qui sine causa confessionem Sacramentalem facere, & Sacram Eucharistiam sumere, vel Missam celebrare juxta probatam Ordinis consuetudinem notabiliter neglexerit, in pane, & aqua in publico refectionis loco jejunare debet Provincialis arbitrio, vel etiam graviùs puniri pro indevotionis modo.
23. Orationi notabiliter deficientes Guardiani, officiò privandi, Subditi suffragiorum jure triennio multandi, ac etiam sunt carcerandi Superiorum arbitratu.
24. Provinciales, & Guardiani in suis Provinciis, & Conventibus notabiliter, & sine legitima causa non residentes, præter culpe reatum, & poenas canonicas, quas incurruunt, ab officiis suspendi veletiam privari debent, Superioris iudiciò.
25. Statuimus, ut Superior localis ab officio legitimè suspensus poenam in loco delicti subeat privatus omni jurisdictione in subditos interna, & externa; Interea inter suæ professionis Religiosos teneat locum novissimum. Porrò illo ipso tempore, Vicarius loci ut Præsidens, in Residentiis autem Senior, vi hujus constitutionis plena jurisdictione obeant munus Superioris.
26. Provincialis, literas dimissoriales concedens ordinandis, non servatis Sacris Canonibus, & Ordinis sanctionibus, su-

- spendendus, vel etiam privandus venit officio, Superiorum arbitrio.
27. Qui confessiones sine licentia auscultaverit, vel à reservatis absolverit, est ipso factō excommunicatus, & ad excipendas confessiones perpetuō inhabilis, carcerandus, & gravius puniendus, si in hoc vitiosus repertus fuerit.
28. Confessionis Sacramentalis revelatio, puniri debet perpetua privatione actuum legitimorum, & facultate confessiones audiendi, nec non carceratione, vel arctatione, Provincialis arbitrio.
29. Qui in judicio quidquam falsò, scienterque deposuerit, vel deponi fecerit, aut verum revocaverit, vel revocari procuraverit, ipso factō est excommunicatus, cuius absolutio Provinciali est reservata, semestri carceri est mancipandus, & satisfaciat parti, perpetuōque infamis existat.
30. Scienter aliquem infamans, sacramentaliter absolvi non potest, nisi à Provinciali, & convictus in judicio, subire debet poenam criminis, de quo alterum infamavit, nec nisi prius restitutā famā.
31. Furtum committens, suffragiorum jure biennio est privandus. Proprietariorum poenam luere tenetur, & si furtum fuerit notabile, aut iteratum, vel ex sacro loco, aut sacerdotalium domibus, aut bonis, crescente sceleris turpitudine, crescere etiam debet severitatis districtio, Superiorum arbitrio.
32. Proprietariorum poena est, carceratio, actuum legitimorum privatio, nec non Ecclesiastice sepulturæ, si quis proprietarius moriatur, cum poenarum augmento, ubi culpa replicata fuerit.
33. Obscoena verba coram aliis, vel cum scandalo proferens, si graviter monitus non se correxerit, in eum animadvertatur pro qualitate delicti, etiam cum poena carceris, aut graviori, Superiorum arbitratu, quoūque resipiscat, ut cætri timorem habeant.
34. Qui convictus fuerit suspectam domum intrasse, actumve carnalem sollicitasse, mox ab eo loco perpetuō exulare debet,

- bet, & bimestri carceri mancipari, negans graviter arctand⁹.
35. Convictus, vel confessus in fornicationem lapsum fuisse, pro prima vice semestri carceri mancipetur, & omnium suffragiorum jure triennio carere debet, secunda vice carcer duplicandus, & omnibus Ordinis officiis decennio privandus est. Tertia vice carcer longius protrahi, perpetuo ad officia Ordinis inhabilis existere, vel etiam ad triremes mitti Superiorum arbitratu debet.
36. Sacrilegium committens, ad triremes omnino damnetur, aut perpetuo carceri Superiorum arbitrio mancipetur.
37. Qui crimen commiserit, propter quod in saeculo mereretur mortem, ad eosdem perpetuo condemnetur.
38. Qui de innominabili scelere confessus, vel convictus fuerit nudus cum solis femoralibus in coetu Fratum ligatis manibus, ac recitans Psalmum *Miserere mei Deus*, gravissime flagellari, ac leviusculis flammis hinc inde circumpositis quodammodo comburri, & ad perpetuos carceres irrevocabiliter damnari debet, ubi in pane, & aqua tribus saltem in hebdomada diebus jejunet, si autem in idem scelus relapsus fuerit, ad triremes perpetuo destinari.
39. Qui in morbum gallicum ex delicto inciderit, declarandus est perpetuo inhabilis ad omnia officia, & suffragia Ordinis, ac etiam ad audiendas confessiones.
40. Introducentes mulieres intra Claustra ad malum finem in poenas à Pio V. fanticas incidere, & carceribus convenit mancipari Superioris arbitratu, quas poenas incurront, qui easdem in hospicia confessoriorum Monialium quovis colore introducunt.
41. Superiores, qui charitatem circa hospites, & infirmos neglexerint, officiō destituantur, officiales ad id destinati suffragiorum jure triennio carere debent.
42. Conspirantes adversus Fratrem aliquem, & maximē Superiorē, omnibus Ordinis officiis privandi sunt, Superiorum arbitrio.
43. Quicunque insciō Diffinitorio, & Patribus Emeritis, negotium aliquod, seditionem, divisionem, & quocunque

1728.

- hujusmodi mā'um secum trahens, in detrimentum, & conturbationem Provinciæ, apud quascunque curias palam, vel quantumcunque clanculò tractare præsumperit, deprehensus, & convictus, ad arbitrium Reverendissimi Patis Generalis " (si Provincialis fuerit) relegetur ad aliam remotissimam Provinciam, sine ulla spe revelationis ; Alius verò quicunque incurrat perpetuam pœnam privatis vocis activæ, & passivæ, actuūque legitimorum.
44. Ad sacerdotalium advocates, procuratores, judices, & tribunalia quæcunque, prætextu injurie sibi factæ, sive pro consilio, sive pro favore recurrens, actibus legitimis privandus est, & gravius puniendus. Appellantes ad eadem tribunalia sunt excommunicati, & à solo summo Pontifice absolvendi, atque perpetuō privari debent jure suffragiorum, omnibus Ordinis officiis, & in perpetuum ad illa inhabilitari.
45. Subornatores sunt excommunicatione Papali ipsō factō ligati, actibus legitimis privati.
46. Alchimiæ studentes, vacantes, eam voce, vel scripto docentes, instrumenta, libros, qui ad illam pertinent retinentes, sunt ipsō factō excommunicati, atque omni suffragiorum jure perpetuō privati, & carceribus, vel arctatione Provincialis arbitrio macerari debent.
47. Promoti per saltum, vel sine literis dimissorialibus, vel surtivè, quique in non suscepis ordinibus ministraverint, juxta pœnas canonicas puniuntur..
48. Ingredientes sine causa legitima Claustra Monialium, sunt eō ipsō excommunicati, aliisque canoniciis pœnis plectendi, privandi insuper officiis, & dignitatibus, & inhabitandi in perpetuum unà cum Monialibus consentientibus.
49. Simoniaci, qui dona dederint, aut promiserint per se, vel per alios, ut gradus, dignitates, officia, vel in sui favorem sententiam consequantur, canoniarum pœnarum animadversione feriuntur, atque in constitutionem de largitione munierum incidisse declarandi veniunt.
50. Recipientes, vel ad professionem novitios admittentes, Apostolicis Constitutionibus, & Ordinis statutis non servatis,

vatis, officiō statim privandi, & omni suffragiorum jure
perpetuō destituendi veniunt.

51. A novitiis vel minimum aliquid recipientes, vel eis ad sibi
vel Conventui aliquid relinquendum svadentes, præter
pœnas in sac. Concilio Tridentino decretas, Superiores de-
bent privari officiō, alii ut proprietarii puniri.
52. Camisiarum, & linearum indumentorum, linteaminum,
anaclinteriorum usus sine necessitate veritus est sub privati-
one juris suffragiorum per triennium, etiam carceris pœna,
per duos menses, & amplius, si monitus se non correxerit.
53. Qui super habitum Regularē, vel (eō dimissō) seculares,
aut alias quascūnque vestes induerit, ad recitandas come-
dias, vel alias larvatas representationes, quacūnque ex cau-
sa, vel occasione, & quoquā in loco, est ipsō factō su-
spensus, & gravius, carcere, privatione officii, vel suffra-
giorum jure à Superioribus puniendus.
54. Qui negotia Principum acceptaverit, egerit, procuraverit,
sine licentia Superioris, privari debet officiis Ordinis.

CAPUT UNDECIMUM.

§ UNICUS.

De suspectis consortiis evitandis.

I. **S**uspectum consortium prohibitum declaramus, non *Salm. ea.*
solum esse actionem, conversationem, colloquium, *II. Valli.*
quaे solent inducere violentum stimulum tentationis carnalis, *1593.*
& somitem peccati, sed etiam quodcūnque ex supra dictis, quod *S. Bona.*
in mente adstantium possit causare suspicionem, vel scandalum, *in Regu.*
licet non fiat, vel dicatur mala intentione, quod conjecturatur
ex loco occulto, ex importunitate temporis, ex dissolutione ge-
stuum, risu, nimia approximatione ad mulierem, vel alias per-
sonas suspectas, aut ex similibus aliis accidentibus.

II. Ac proinde si aliquis fuerit notatus de similibus suspectis *Conf. Ro.*
consortiis, pro prima vice charitatibꝫ admoneatur, & corriga- *1639.*
tur, quod si se non emendaverit, si est Superior suspendatur,
aut privetur officiō, juxta gravitatem culpæ, si est subditus pri-
vetur actibus legitimis per tres annos, & gravius puniatur, ut

supra, vel cui non convenit hæc pœna, ferat signa probationis ad arbitrium Patris Ministri.

Ibidem. III. Quibus pœnis subjaceant juvenes, qui cum nondum pervenerint ad vigesimum quintum annum, inventi fuerint in cella aliorum ita obserata, ut exterius non possit facile aperiri; Et iisdem pœnis subjacebunt etiam illi, qui dictos juvenes religiosos, vel laiculares detinebunt in suis cellis ut supra.

Ibidem. IV. Qui consuevit sequestrare se à socio, vel loqui, vel conversari cum mulieribus, unde possit oriri rationabile judicium suspecti consortii, admoneatur, & si se non emendaverit puniatur supradictis pœnis, tanquam reus suspecti consortii, & si deinde fuerit convictus quod recidivaverit, incarceretur ad arbitrium Diffinitorii.

Ibidem. V. Ordinamus, ut quando aliquis mittitur ad excipiendas Confessiones mulierum infirmarum, vel ad tractanda alia negotia, non ita occludatur janua, ut à socio non possit videri, neque post pulsus pro Ave Maria, in fero excipientur Confessiones mulierum, sub pena arbitraria Superiori.

Ibidem. VI. Nullus exorcizabit dæmoniacos sine licentia Ministri cum consensu Diffinitorii in scriptis, transgressores priventur votō ad arbitrium Superioris, vel ferant signa probationis.

VII. Ad præscriptum ordinationum Apostolicarum, admitentes mulieres quascunque intra clausuras Conventuum, & sub quo cunque prætextu, (exceptā causā publicā processionis) vel casu ingressas tollerantes, & non illico expedientes, ipsō factō incurvant excommunicationem; Insuper privationem officii quæ obtinent, & perpetuam inhabilitatem ad quæcunque futurum obtinenda.

S. Congr. VIII. Ex declaratione Sac. Congregationis Episcoporum, & Episc. & Regularium de Anno 1583. 13. Septembris nomine Conventu Reg. 1583 um quoad has pœnas incurrendas veniunt etiam Residentiæ, 13. Sept. & quæcunque loca Religiosa, si Religiosis, qui in eo sunt de familia præsit Superior, * & clausura legi imè sit introducta..

IX. Prout ab antiquo districte caucum fuit, pari severitate de " 1699. novo intercidim⁹, " ne domos pistorias, seu allodia ullus Superior, aut alter Frater ullo unquā tempore sine licentia, & locio Religioso,

gioſo, imò neque cum ſocio, niſi urgentiſſima de cauſa intrare prefumat; Pro cauſis autem ordinariis œconomiam concernebti bus rariſſimè fiat, ita, ut intra annum ſufficiat ter, quater ad ſummu m illas viſitare, inspectiſque fabricis, & peractis aliis neceſſariiſ, ſine mora exire teneantur; Si quis autem, ſive Superior, ſive ſubditus aliter intraverit prefataſ domos, quām hic diſpoaſitur, procedatur cum eo, tanquam cum reo de ſuſpecto conforſio, etiam ſi p̄ter talem ingreſſum nōl probari poſſit.

X. Absolutē, & gravifſimē interdictiſtur Superioribus locali- 1724. buſ, ne pro ſtrophioliſ ſuis, & aliis quibuscunque lavandiſ extra comunitatem particulares aſſumant lotriſes, ſed similia lotioni communi committant, ſub poenitſu ſuſpecti conforſii, & proprie- toriuſ.

CAPUT DUODECIMUM.

De Missionariis, Capellanis, Archiviis, & Typographia.

§ I.

De Missionariis.

I. **P**atribus Missionariis pro majori Dei gloria, propria- 1724. torum meritorum augmento, & fidelium ſolatio, ſpecialiter recommendatur Apostolicus animarum zelus, & religioſa reſe- xio ad occurrentes meritoriae patientiæ occaſiones, ne dum ſi- ve verbo, ſive ſcripto conqueruntur, exantlatasque incommo- ditates exaggerant, comportati ſpiritualis lucri congeriem mi- nuant, vel totaliter ommittant; Inſuper fidelem omnium cum di- vina gratia ſpiritualium ministeriorum catalogum Patri Mi- ſionis Praefecto, ſuo tempore coſignandum confiant, RR. PP. Superiores locales; Patres verò Miſſionum Praefecti, antequam 1728. fructuſ Miſſionum ritè, & ordinatè calculatoſ ad Sac. Congre- gationem de Propaganda transmittant unam copiam vel ipſi Ar- chivario prefenti conſignent, vel inſallibiliter transmittant in Archivio conservandam.

II. Ne verò contingat quemquam dubitare, quid eorum op- porteat adnotare quæ di- vina misericordia miniliteriō uniuſcu- jusque dignata eſt operari, hic in ſpecie apponenda judicavi- mus, nimirum: Coverſos nominatim, à Calvinismo, & Luteranis-

mo;

mo; Baptizatos ē Judæis, Arianis, Anabaptistis, & aliis infidelibus, sicut & infantes ex Christianis Parentibus prognatos; Schismaticos ad unionem, & Apostatas à fide ad gremium Matris Ecclesæ reductos; Sacramentum pœnitentiæ graviter ægrotis, & moribundis cum viatico, & extrema unctione, nec non quacunque alia occasione, intus in Conventibus, vel foris administrata pœnitentiæ sacramenta, pari diligentia, & fidelitate adnotent.

III. Ne denique Adūm Reverendis Patribus Præfectis, continuis alijs curis onustis, cum fructibus Missionum ex diversis cartulis colligendis negotium facessatur, qualiter Rédi. Patres locorum Superiores calculari faciant fructus Missionum à suis subditis comportatos, proximè in impressis exhibebitur schema, in uniuscujusque cella publicè appendendum.

1727. IV. Nullatenus audeant Patres Missionarii deinceps duas Missas celebrare diebus serialibus, imò neque diebus Dominicis, & Festis, sine magna, & urgenti necessitate, quandoquidem, & Sac. Congregatio circa hoc punctum signanter, valde strictè se habeat.

1728. V. Non omnibus passim communicandæ omnes facultates Missionum, sed prout tenor ipse facultatum numerò ultimò dispensit, necessitas, & prudens ratio dictaverit; Denique deputandi certi Missionarii, pii, devoti, exemplares, & zelosi, qui de licentia suorum Superiorum, non tantum nobiles, & potentiores, commodis, & genio suo indulgendi studio adeant, imò sub obedientiæ merito imponendum illis, ut opportunis temporibus, præcipue Majo, & Junio, Septembri, & Octobri, totam Provinciam vicatim peragrent, perscrutando, si qui inveniantur Catholici debiles, senes, & infirmi, aliunde consolatione destituti; Ignaros interim instruendo, vacillantes confirmando, errabundos retrahendo, desides stimulando, Christo lucrifacere ferventissimè adlaborent.

VI. Nullus Missionariorum, aut Fratrum, ex quacunque via redux, in Pagis, & Oppidis, ubi Conventus, & Residentiæ nostræ extant pernoctare præsumat, sed quivis aut in pago proximiiori remaneat, aut omnino Conventus nostros, vel domos Religiosas ingrediatur..

VII. Non obstantibus iteratis, gravissimisque Ven. Diffinitiori inhibitionibus dolenti nimium animo accepit Ven. Diffinitiorum, quosdam sui juris, & capritii filios Almæ Matris Provinciae, bonum odorem, & famam corruptentes assistentiis Matrimonialibus, indiscretè, unà etiam præsumptuosè sele intromittere, quapropter præsentis Constitutionis vigore non tantum comminatoriè, sed re ipsa districtè interdicit omnibus, nemine excepto, ut solemnizandis Matrimonii ullibi, & nullatenus se intromittant, nisi in locis ubi sumus Parochi, cum hac tamen cautela, ut vagos absolutè non copulent, nisi in eodem loco ad summum duobus ante Annis uterque contrahentium domicilium fixerint, servatis interea omnibus de jure servandis; Hæreticum autem cum Catholica, seu in Missionibus, seu in suis Parochiis, nullatenus præsumant copulare; Qui scè cùs egerit (præter gravissimum conscientiæ reatum) Superior sine ulla indulgentia suspendatur ab officio ad trimestre, subditus incarceretur per mensem.

§ II.

De Capellanis.

Quia devotis, & suæ vocationi studiosis animabus, non sine justi doloris sensu obvenit diu, & per menses à Religioso emanere contubernio, conformiter ad priores "Ven. Discretorii constitutiones" ordinatur, ut Spiritus recuperandi gratia, unusquisque saltē post bimestre, ad suum, vel proximum domicilium religiosum se conferat, non ut sacerdtales rumores, vana quæquaæ novalia, & nugas, pretiosum tempus inutiliter exhaustientes proferant, sed prout eis indultum fuerit, una, alterave die ad summum, sese sedulò recolligentes, mundanos, qui facilè etiam Religiosis adhærescunt pulveres excutere satagent, resumptoque spiritu, si quæ sacerdtaibus de se pravitatis exempla dederint, novo exemplarioris conversationis specimine recompensem.

§ III.

De Archiviis, & Typographia.

I. **A** Dhortamur enixè Patres Provinciales, ut Provincialia, locales, ut localia protocola rerum memorabilium jux-

ta formam jam datam , quām diligentissimē succinctē , clarē , & tersē continuare , ac in scrinio firmo , ad hoc præparato conser-
vare adlaborent .

1728. II. Quia & Capitulum , seu Archivium Provinciale omnium statuum Provinciæ , ab immemorabili tempore Claudiopoli con- servatur , Nos quoque unanimi consensu decrevimus pro con- servatione Archivii nostri Provincialis , fixè , & invariabiliter no- strum Ven. Conventum B. V. Mariæ ad Nives , præfatæ Liberæ ,
 "Rom. Regiæque Civitatis Claudiopoleos , ordinantes , " ut eidem de
 1676. Ven. Discretorii dispositione , aliquis accuratus , oculatus , & im- piger Registrator semper assistat , cum idoneo Amanuensi . Prohi- bemus insuper tali Archivario , ne ad suam imaginationem , & pruritum , sed juxta normam jam datam prosequatur Protocolū .

III. In eodem reponantur omnia momentosa instrumenta literaria , totam Provinciam , & singula loca concernentia , pri- vilegia , fundationes , donationes , protocolum ; Statutorum generalium , & Municipalium , aliorūmque regimini Provinciæ deservientium librorum singula ad minimum exemplaria , quæ inde nequidem ipsis Provincialibus fas sit ulla tenus auferre , sub poenis libros à Biblioteca Fratrum Minorum auferentibus , & ab alienantibus comminatis .

IV. Cùm occasione aliquorum librorum , in Conventū no- stri Csikiensis Typographia excusorum , Alma Provincia iteratō in grandi discrimine versata fuerit , districte præcipimus Guar- dianis illius Conventū , sub poena privationis officii , ut nullum vel minimum libellum audeant prelo supponere , sine facultate Provincialis in scriptis obtenta ; Patres autem Provinciales ob- secramus vehementer , ut omnes libros , & à quibusunque com- positos , rigidè revideri faciant , antequām typis subdantur ; Li- bros autem in quibus nomen authoris non fuerit clarē , & ex- plicitè appositum , absolutè rejiciant .

§ IV. CONCLUSIVUS.

I. Q uoniam Constitutiones nostræ generales , provisi-
ones Apostolicæ , & hæc municipalia plus satis suffici-
unt ad restituendam ubi collapsa est , & ad conservandam ubi vi-
get Regularem disciplinam ; Proinde strictem decernimus , ut
nullo

nullo unquam tempore edantur alia municipalia; Si qui verò abusus in posterum de novo emergerent, studeant illos Superiores Provinciales mandatis, præceptis, & severis animadversionibus pro virili exscindere.

II. Pariter si quid difficultatis, vel dubietatis emerserit in futurum super sensu præsentium statutorum, illorum genuina declaratio vigore præsentium resideat penes Provinciales cumulatively cum Diffinitoribus.

III. Quandoquidem in præsentibus statutis uti præmissimus, sufficientissimè provisum est disciplinæ Religiosæ fovendæ, seu etiam restituendæ, ubi, & quando opus fuerit, hinc consultò interdicimus Superioribus localibus, ut postquam horum exemplaria impressa acceperint, in publico nulla statuta generalia, aut commentarios in easdem edita, utputa: Patris Gaudencij Kerkove, Sanctori de Melffi officialem Curiæ, Theatrum Regularium, & Chronogiam historico-legalem legi curent, ex quorum malo intellectu, aut in pravum sensum, in suam ipsorum perditionem detorsione, minus eruditæ, inquieti, præsumptuosi, & turbulenti, non mella quibus viverent, sed fel quibus intoxicarentur colligerent. Sufficiet proinde similia præ manibus Ministri Provincialis, Patrum Venerab. Diffinitorii, & Guardianorum reperiri.

IV. Et ne quispiam harum nostrarum Constitutionum Municipalium, geminarum S. Regulæ expositionum, nimirum: Nicolai III. Clementis V. & Innocentii XI. "constitutionum de interdicta largitione munerum, nec non pro receptione, institutione, & professione novitorum, prout, & pro reformati- 1649. one Regularium ignorantia laboret, præcipimus Superioribus localibus, sub poena "privationis officiorum, nec non vocis "Ibidem activæ, & passivæ per triennium, ut singulis semestribus per annum in publica communitate præfata omnia legi curent, nimirum: Mensibus Januario, Julio, & subsequentibus.

V. Porro gratis est leges statuere, nisi etiam observentur, proinde hortamur vehementer Superiores omnes per viscera Iesu, ut magno, infracto, & Machabæico spiritu vindicent à transgressionibus sanctissimas leges patrias, verbo, poenit., sed vel ma-

ximè , & in primis vita exemplari , forma facti gregis ex animo , ut cum apparuerit Princeps Pastorum , mereantur accipere coronam glorie immarcescibilem ; Secus qui abusi potestate sibi à Deo in ædificationem tradita , subditos suos conniventiam , oscitantiam , & (quod summæ malitiae est) præviò exemplō in præcepta traxerint , aut currere siverint , abutetur eis in tempore iræ , ac indignationis , & sanguinem ipsorum de manibus eorum duplicitati contritione conterendis requiret altissimus æmulator , justissimusque retributor .

Prout in compilationem præsentium statutorum lubenter annimus , ita etiam compilatis , finaliterque in Ven. Diffinitorio maturè discussis , verè sanctissimis , & pro strictiori S. Regulæ observantia longè præstantissimis , animo volenti , & gratissimo infra scripti subscriptissimus in Conventu nostro Claudiopolitano B. Virg. ad Nives . Año 1729. die 16. Fruaruii.

- Fr. Bernardinus Gabri , ex - Præsidens Carolinensis mpr.
- Fr. Stephanus Antalffy , Guardianus Claudiopol. mpr.
- Fr. Balthasar Kánya , ex - Guardianus Esztelnek. mpr.
- Fr. Sebastianus Kis , Guardianus Esztelnekiensis mpr.
- Fr. Melchior Jegenyei , Guardianus Csikiensis mpr.
- Fr. Conradus Weiner , ex - Guardianus Cibiniensis mpr.
- Fr. Franciscus Demeter , Præsidens Coronensis mpr.
- Fr. Augustinus Balás , ex - Guardianus Csikiensis mpr.
- Fr. Laurentius Szentgyörgyi , ex - Præsidens Vallis Gyergjó mpr.
- Fr. Michaël Balásffy , ex - Guardianus V. Hunyadié. mpr.
- Fr. Joachimus Mártonffy , ex - Guardianus Mikhazié. mpr.
- Fr. Ladislaus Bögözi , Diffinitor actualis mpr.
- Fr. Joannés Acs , Diffinitor actualis mpr.
- Fr. Paulus Győrffy , Custodiæ Pater mpr.
- Fr. Petrus Becze , Custodiæ Pater mpr.
- Fr. Emericus Lamprik , Custodiæ Pater mpr.
- Fr. Alexius Csató , Custos Provincialis mpr.
- Fr. Stephanus Bartalis , Vice - Secretarius mpr.

L S.

In-

Infrascripti ex commissione Discretori generalis deputati, revidimus,
& cum annexis modificationibus approbavimus. Die 10. Junii. 1729.

Fr. Casparus Szente, Custos Provinciæ S. Mariæ Hungariæ, &
Lector Generalis mpr.

Fr. Sigismundus Neudecker, Lector Jubilatus, bis ex-Provincialis,
& Custos actualis Provinciae Bavariae mpr.

Fr. Gerardus Pataki, SS. Theologiæ Lector Generalis, & Minister
Provincialis Provinciae Hungariæ Sanctissimi Salvatoris mpr.

Fr. Andreas Pordanyi, Provinciae S. Mariae Hungariæ Pater Eme-
ritus, & ex-Difinitio Generalis immediatus mpr.

IN.

INDEX

RERUM, ET VERBORUM IN STATUTA MUNICIPALIA.

A

ABALIENATIO.

Pœnæ abalienantium res Ecclesiæ. cap. 6. § 1. num. 5. Abalienantes libros ex Archivio. cap. 12. § 3. n. 3. Libros ex uno loco in alium sine licentia auferentes. cap. 8. § 4. n. 1.

ABSOLUTO.

Complicis, respectu alicujus nostri Ordinis, est nulla. cap. 7. §. 2. n. 4. Absolutio & dispensatio amplissima Provincialibus concessa. Ibid. n. 3. A casibus reservatis diœcesanis, & in facultatibus Missionum expressis. Ibid. n. 7. Vide etiam n. 8.

ABSTINENTIA.

In pervigiliis Festorum fori B. Virg. à carnis abstinendum. cap. 3. §. 4. n. 10.

APOSTATA, APOSTASIA.

Quis sit? cap. 2. §. 2. n. 1. Est ipsò factō excommunicatus. Ibid. n. 2. Debet denuntiari itatim in proxima refectione. Ibid. n. 3. Expellendus ab Ordine. Ibid. n. 11. Statim monendus de apostata Procurator Generalis. Ibid. n. 17. Ut cognoscantur apostatae, Ibid. n. 19. Non promovendi ad officia. Ibid. n. 24.

ARCHIVIUM.

Provinciales Provinciale, Locales Superiores localia, diligentissimè current. cap. 12. §. 3. n. 1. Non ad imaginationem Archivarii, sed juxta normam jam factam prosequendum. Ibid.

ARBORE.

Non tantum fructiferas, sed etiam ornatui, & commoditati inservientes exscindere, &c. cap. 5. §. 1. n. 7.

C

CANTUS.

G Regorianus diligenter disci mandatur. cap. 3. §. 1. n. 26. Figurati prohibentur in nostris Ecclesiis. Ibid. n. 28. Quandóque permittuntur. Ibid. Qui diligenter docuerint. Ibid. n. 25. Quibus temporibus exerceatur. Ibid. n. 26.

CAPITULUM CULPARUM.

Ad capitula culparum Laici per 5 Anno, post professionem, Clerici totum-

Index Statutorum Municipalium.

tempore Clericatūs , tenentur ter in hebdomadā. cap. 2. § 1. n. 39. Omnes indifferenter tenentur ad ea feria 6. cap. 10. §. 1. n. 5. Quomodo tractandi seniores. Ibid. Fer. 2. & 6. RR. Patres Vicarii Conventuum excipiunt culpas Fratrum. cap. 10. §. 1. n. 2. vide *Correctio*.

C A P U T I U M.

Forma Caputii proposita inviolabiliter servetur. cap. 2. § 4. n. 1.

C A S U S R E S E R V A T I.

Qui sint , & quot in Ordine? cap. 7. § 2. n. 1. Qui possint ab iis absolvere. Ibidem vide *Absolutio*.

C A E R E M O N I A E.

Ordo Seraphicus omnibus aliis fuit observantior illarum. cap. 3. § 3. n. 4. in Conventibus studiorum. Ibidem. n. 4. 5. Illarum stricta praxis , & observantia. Ibidem. Non promovendi ad ordines altiores , qui iis non fuerint sufficienter exculti. Ibidem.

C H O R D A E.

Non debent esse nimium curiosæ , nec nimium abjectæ cap. 2. § 4. n. 2. Ex simplici canabe nullatenus permittuntur. Ibidem.

C L A U S U R A.

Portæ Conventuum continuò clausæ serventur. cap. 3. § 5. n. 5. Si deficit Portarius Religiosus , Sæcularis adhibeatur. Ibidem. Poenæ admittentium Mulieres intra clausuras cap. 11. § unico. n. 7. Has poenæ incurruunt etiam Superiores Residentiarum. Ibidem n. 8.

C L E R I C I N O V I T I I.

Non applicandi ad labores manuales frequenter. cap. 2. § 1. n. 19. Quando , & quamdiu possint applicari. Ibidem. In quibus inter alia instruendi. Ibidem. n. 21. Sacerdotes non audiant confessiones. Ibid. n. 25. Non possunt sibi testari. Ibid. n. 31. Vota pro novitiis non dant extra nei. Ibidem n. 34. Qui veniunt nomine extranei. Ibidem.

C O M P U T U S.

Cum , & coram quibus faciendi? cap. 4. § 2. n. 5.

C O N F E S S A R I U S.

Juniores singulis Annis examinandi. cap. 7. § 1. n. 1. Qui ab hoc onere exempti? Ibidem. Quales se exhibeant tam erga Religiosos , quam sæculares? Ibid. n. 2. Quando non possunt absolvere suos Superiores. Ibid.

C O N F E S S I O.

Quando possunt Fratres cuivis Confessario approbatō liberè confiteri. ca.

7. §. 1.

Index Statutorum Municipalium.

7. § 1. n. 3. Novitiis hoc non indulgetur simpliciter, sed cum limitatione. Ibidem.

C O N G R E G A T I O .

Intermedia Ven. Diffinitiorii singulis Annis fiat. cap. 8. § 1. n. 17. In Congregationibus intermediis omnia illa obseruentur respectivè quæ in capitulis observanda jubentur. cap. 8. pag. 43. n. 6.

C O R R E C T I O .

In capitulis culparum quomodo tractandi subditi? cap. 10. § 1. n. 6. A quibus abstinendum in correctionibus? Ibidem.

D

D E C L A R A T I O N E S .

Suminorum Pontificum quæ, & quando legendæ? cap. 12. § 4. n. 4.
D I E S F E S T I .

Quomodo insumenti? cap. 3. § 5. n. 2. Lusus pyramidum in iis inhibetur cum limitacione. Ibidem.

D I S C R E T O R I U M .

Locale irrefragabiliter tenendum. cap. 4. § 2 n. 6. Quæ sit major pars Discretorii. Ibidem.

D I S P E N S A T I O .

In quibus dispensatur cum Clericis ante Sacerdotium? cap. 10. § 1. n. 3.
Quando dispensatur in recitatione parvi officii B. V. cap. 3. § 1. n. 21.
Capitulum Provinciale potest dispensare in præcedentia cum aliquo incorporato. cap. 2. §. 3. n. 3.

D O N A T I O .

Non potest quidquam quispiam nomine suo donare. cap. 6. §. 2. n. 1.

E

E G R E S S I O .

Cum mantellis exeundum è Conventibus, & Residentiis. cap. 2. §. 4. n. 4. Superiores in se, & in aliis tenentur restringere multiplices evagationes. cap. 3. §. 5. n. 1. Et quæ mala exinde scaturiant. Ibid. Studiosis quando, & quoties concedatur? Ibid. n. 2. Quomodo se habeant Fratres foris? Ibid. n. 3. Minus exemplariter gerentes se foris quomodo puniendi?. Ibid. n. 4. Egressiones quancum fieri potest ante prandium fiant. Ibid. n. 6. Non transleant Fratres de domo in domum & sub qua poena? Ibid. Cum qua cautela excundum ad sepulturas? cap. 3. §. 1. n. 16.

E L E -

Index Statutorum Municipalium.

ELECTIO. ELIGENDI.

Electionibus quales, & quomodo præmittendæ disquisitiones? cap. 8. §.
 1. pag. 42. Electores invicem mentem suam sincerè aperiant. Ibid.
 Nullus in alicujus gratiam promoveatur. Ibidem. Digniores sunt eli-
 gendi. Ibidem. n. 2. Non doctiores, non sanctiores sunt digniores, sed
 prudentiores. Ib. n. 2. Ad altiora officia promovendi. pa. 42. n. 3. Con-
 siderandum eriam qualiter se gesserint in prioribus officiis. Ibid. In
 Guardianos quales eligantur? pag. 47. n. 4. Provectiores semper
 præponantur junioribus, & quare? Ibid. Non secura electione Provin-
 cialis, & Diffinitorum, quid agendum? cap. 8. §. 1. n. 13.

EUCHARISTIA.

Quando publicè exponenda, & quando non? cap. 3. §. 3. n. 1. Qualiter
 cum illa dandæ benedictiones? Ibid.

EXCHURBIA.

Penes cadavera defunctorum quorumcunque extra Conventus inhiben-
 tur. cap. 3. §. 1. n. 15.

EXAMEN.

A quibus examinandi ad Religionem pertentes? cap. 2. §. 1. n. 12. Et de
 quibus? Ibid. n. 3. 4. 5. 8. 9. & 10.

G

GUARDIANUS, ET PRÆSIDENTES.

A Quibus eligendus, & qualis? Vide *electio*. Negligentes publicam le-
 ctionem harum Constitutionum, &c. Qui puniendi? cap. 12. § 4.
 n. 4. Novitios ad professionem inducentes. cap. 2. § 1. n. 32. Ab obli-
 quo chori notabiliter se non abstrahant, & sub quibus poenis? cap. 3.
 § 1. n. 6. Ad pecunias in specie domatim, & in nundinis emittentes,
 qui peccent, & quomodo puniendi? cap. 4. § 1. n. 2. Informant Syndicos de munere suo rite peragendo. Ibid. §. 2. n. 1. Precipue ne Con-
 ventus, vel suo nomine quidquam Civile agat. Ibid. Sedulò legant de-
 clarationes Regulae, Const. Apostol. Stat. Gener. & hec municipalia.
 Ibid. n. 2. Non intromittant se contractibus Civilibus. Ib. n. 4. Synoicis
 quali servis non mandent. Ibid. Statuta Fratres Laicos concernentia in
 privato explicent. cap. 5. § 1. n. 5. Non possunt imperiosè impedire
 Patres à suis liberis Missis celebrandis. cap. 6. §. 2. n. 2. Non instituantur
 Confessarii Conventuum cap. 7. §. 1. n. 4. Occasione mutationi invitant
 farcinulas cruentium, & non concessat tollant. cap. 8. §. 4.

K

u. 1.

Index Statutorum Municipalium.

n. r. Domos pistorias s̄epiūs quām ordinatur, & sine socio ingredientes quomodo puniendi? cap. 11. §. unico. n. 9. Ne assument particulares lotrices. Ibid. n. 10. Quid obseruent in Typographia Csikienſi. cap. 12. §. 3. n. 4.

H

H O S P I T E S .

Quomodo excipiendi ſeculares etiam potentiores. cap. 3. §. 4. n. 5. Et quare? Ibid. Ubi Provincialis adfuerit ſine iſpius; Ubi verò non adfuerit ſine Discretorum ſitu hospites in Refectorio non admittantur. cap. 9. §. 3. n. 3. Quando ſtatura &c. leguntur, ubi excipiendi hospites. Ibid. n. 4. Hospitibus nemo ſe ingerat. cap. 3. §. 4.. n. 6.

I

INCORPORATIO, INCORPORANDUS.

Quid cum incorporando agendum? cap. 2. §. 3. n. 1. Finitō Annō deliberationis. Ibid. n. 2. Quoad praecedentiam. Vide *diſpenſatio*.

I N F I R M U S .

Cura infirmorum qualis? cap. 6. § 1. n. 1. Superior localis negligens quomodo puniendus. Ibid. Qui viſitent infirmos, & quoties? Ibidem n. 2.

L

L A B O R .

Impellendi Laici ad labores. cap. 5. § 1. n. 1. Cervicosi, & recalcitrantes. Ibid. Opifices quando ab opificiis removendi. Ibidem n. 2. Dum emendatio aliquorum non fit, quid agendum? Ibidem n. 4.

L E C T O R E S .

Scabella diligenter frequentent. cap. 9. § 2. n. 1. Quo tempore? Ibidem. Pœnæ transgredientium. Ibid.

L U S U S . vide *D I E S F E S T I L .*

L E C T I O . vide *Declarationes.*

L I B R I

Rationum quomodo inscribendi. cap. 4. § 2. n. 5.

M

M A T R I M O N I U M

Solemnizandis non affiſſendum aliter, quām ordinatur. cap. 12. § 1. n. 7. Pœnæ contravenientium. Ibidem..

M I S S æ

Cantandæ qua ſolemnitate peragendæ. cap. 3. § 1. n. 13. & 20. In Conventi-

Index Statutorum Municipalium.

ventibus cantentur choraliter. cap. 3. § 1. n. 29. Et qui ad cantandas accedant. Ibid. In tabulis Conventuum adscribantur Sacerdotes certis horis celebratur. Ibid. n. 23. Pœnæ non accendentium ad celebrandum tempestivè. Ibid. Patres qui, quando, & quoties habent liberè applicare Missas? c 6. § 2. n. 2. Missæ liberæ quomodo applicadæ, & quādo illi citè applicantur? cap. 6. § 2. n. 3. Defuncto summo Pontifice &c. quot Missæ celebrandæ? cap. 3. § 1. n. 17. Et quot pro Fratribus. Ibid. n. 18. Quibus diebus non cantandæ Rorate. Ibid. n. 18.

M I S S I O N A R I I.

Fructus Missionum quos, & diligenter adnotent. cap. 12. § 1. n. 2. Superiores locales singulis Annis fructuū Missionum calculum faciant, & ad intermedium congregationem transmittant. Ibi. n. 3. Ferialibus diebus duas Missas non celebrent. Ibid. n. 4. Quot, & quales deputandi Missionatii? Ibid. n. 5.

N

N O V I T I A T U S. N O V I T I U S. vide *Examen. Clerici.*
*P*lurē nationalis sub nullitate inhibetur. cap. 2. §. 1. n. 17. Et hoc cum modificatione. Ibid. Juvenes capaces promiscue ad lingvas Hungaricam, & Germanicam perdiscendas applicandi. Ibid.

O

O F F I C I U M D I V I N U M.

*A*d illud qualiter accendum. cap. 3. § 1. n. 1. Qui non intersuerit quomodo puniendus. Ibidem n. 3. Guardianus negligens in pœnis exequendis. Ibid. Non facile permittenda est publica Divini officii recitatio solis Clericis. Ibid. n. 9. Vesperæ continuò in organo cantari interdicuntur. Ibid. n. 11.

O R A T I O.

Mentalis orationis necessitas, & utilitas. cap. 3. §. 2. n. 1. Tam in Conventibus, quam in Residentiis bina de die fiat. Ibid. Impedimentis illius providetur. Ibid. n. 2. & 3. Solitæ preces vespertinæ, & mos eundi ad Ecclesiam à prandiis. Ibid. n. 4.

O T I O S U S. O T I O S I T A S.

Otiosi qui, & quid sit otiani. cap. 5. §. 2. n. unico. Pœnæ otiosorum. Ibid.

P

P O E N A E.

*V*Ocisa dñivæ, & passivæ. cap. 10. § 2. n. 1. Actuum legitimorum. Ibid.

Index Statutorum Municipalium.

Ibid. n. 2. Privatio officiorum Ordinis. Ibid. n. 3. Carceris. Ibid. n. 4. Quibus delictis quæ pœnæ debentur. Ibid. §. 3. Per extensum. Seditiōnem, divisionem, vel quocunque malum reipublicæ intentantium pœnæ. Ibid. §. 3. n. 43.

P R A E C E D E N T I A.

Quomodo Pætres inter se se præcedere debeant ordinariè. cap. 8. §. 2. n. 1. Quomodo item extraordianariè, in Capitulis, & Congregationibus vim capituli habentibus? Ibid. n. 2. Quomodo præsidentes in aliis Conventibus. Ibid. n. 3. Diffinitores tam actuales, quam habituales præcedunt locorum Vicarios. Ibid. n. 4. Et à potiori Lectores S. Theologiar. Ibid. Quæ precedentia debetur Lectoribus Philosophiar. & Theologiar. moralis. Ibid. Lectoribus Generalibus, & Emeritis qualis, & super quos conceditur? Ibid. n. 5. Quomodo ordinanda tabula capitularis? Ibid. n. 6.

R

R E C O L L E C T I O.

O Ctiduana omnibus indifferenter, quovis Anno semel peragenda injungitur. cap. 3. §. 2. n. 5. Graviter delinquentibus potest eadem injungi, imo longior, & stricior. Ibid.

S

S I L E N T I U M.

Q Uæ utilitas silentii? cap. 9. §. 3. n. 1. Observandum tam in Conventibus, quam Residentiis ad signum campanulæ suis temporibus dandum. Ibid. Ob silentii, & studiorum bonum præficitur tempus prandii, & cœnz. Ibid. n. 2.

S U B R O G A T I O.

In casu realis vacantiæ Diffinitoria: us, quis subrogetur? c. 8. §. 1. n. 14. SUSPECTUM CONSORTIUM.

Declaratur quid sit, & in quo consistat. cap. 11. §. unico. n. 1. Pœna ejusmodi consortii Ibid. n. 2. Isdem pœnis si: bjaceant: juvenes ante 25. Annū exatis, qui inveniuntur in aliorum cellis obsecratis. Ibid. n. 3.

S U S P E N S I O.

Ab officio suspensus subeat pœnam in loco delicti. cap. 10. §. 3. n. 25. Quæ pœnæ sunt suspensi. Ibid.

Syndicus. vide Guardianus.

Index Statutorum Municipalium.

T

T I T U L U S.

Qui, & quomodo intitulentur. cap. 8. § 3. n. 1. In titulis dandis pro se, & pro aliis, quid, & sub qua poena prohibetur. Ibid. n. 2.


T O N S U R A. R A S U R A.

Certa, & à Superiore assignanda die fiat. cap. 2. § 4. n. 6. Quomodo raddantur? Ibid. Qui aliter se radi curaverit, quomodo puniendus? Ibid.

V

V I S I T A T I O.

Localis singulis mensibus semel absolute fiat. cap. 6. § 2. n. 4. *vide Guardianus.*



I N C I P I T
D E C L A R A T I O
S S . D . N I C O L A I I I .

S U P E R R E G U L A M F R A T R U M M I N O R U M .

N I C O L A U S E P I S C O P U S .

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Existit qui seminat seminare semen suum, *Lucæ 8.* de sinu Patris in mundum, veste scilicet humanitatis induitus *Dei Filius Jesus Christus*, verbum Evangelicum saturus in singulos, probos, & reprobos, insipientes, & gnaros, studiosos, & desiles, & juxta Prophetam, *colonus futurus in terra;* semen suum, doctrinam scilicet Evangelicam, sine deleitu dispersit in omnes: qui omnia tracturus ad se, omnes salvare venerat; qui tandem seipsum *Deo Patri pro salute omnium in redemptionis humanæ precium immolavit.* Licet autem hoc semen in singulos communicativa Dei charitate dispersum, aliud ceciderit secus viam, super corda scilicet dæmonum suggestionibus pervia; aliud supra petram, corda scilicet nullo fidei vomere penetrata; alud inter spinas, corda scilicet hominum, divitiarum solicitudinibus lacerata; & ideo unum pravis affectibus conculcatum; aliud aridum, quia gratiæ carebat humore; reliquum vero legitur inordinatis solicitudinibus suffocatum: aliud tamen mite cor, & docile, terra bona suscepit.

2. Hæc est Minorum Fratrum mitis, & docilis in paupertate, ac humilitate per alnum Christi Confessorem Franciscum radicata Religio: quæ ex illo vero semine germinans, germen illud sparsit per Regulam in filios, quos sibi, & Deo per suum ministerium in observatione Evangelii generat. Iti sunt filii, qui docente Jacobo, *Verbum eternum Dei filium,* insitum humanæ naturæ in horto virginalis uteri potens salvare animas, in mansuetudine suscepserunt. Hi sunt illius sanctæ Regulæ Professores, quæ Evangelico fundatur eloquio, virtutem Christi roboratur exemplo, fundatorum militantis Ecclesiæ Apostolorum ejus sermonibus scriptisque fir-

matur. Hæc est apud Deum & Patrem munda, & immaculata Religio: quæ descendens à Patre lumen, per ejus Filium exemplariter, & ver-
baliter Apostolis tradita; Et demum per Spiritum sanctum Beato Franci-
scos, & eum sequentibus inspirata, totius in se quasi continet testimonium
Trinitatis. Hæc est, cui attestante Paulo, *nemo de cetero debet esse molestus,*
quam Christus passionis suæ Stigmatibus confirmavit, volens Instituto-
rem ipsius passionis suæ signis notabiliter insigniri.

3. Sed nec sic contra ipsos Fratres Minores, & Regulam hostis antiqui-
cessavit astutia: quin potius contra eos nitens superseminare zizania, in-
terdum æmulatores agitatos invidiâ, iracundiâ, & indiscretâ justitiâ con-
ceiravit: mordentes Fratres, & eorum Regulam quasi illicitam, inobser-
vabilem, & discriminosam, caninis latratibus lacerantes: non attenden-
tes, hanc sanctam Regulam, ut prædictitur, præceptis, ac salutaribus
monitis institutam, Apostolicis observationibus roboratam, & etiam per
Sedem Apostolicam confirmatam, tot Divinis testimoniorum communiam,
quæ credibilia facta sunt nimis, in tot sanctis viris in observantia hujus
Regulae agentibus, & finientibus dies suos: quorum nonnullos Sancto-
rum cathalogo Sedes eadem, ex eorum vita, & miraculis fecit adscribi;
ac novissimè quasi diebus istis per piæ memoriarum Gregorium Papam IX.
prædecessorem nostrum approbatam esse, ex evidenti utilitate, quam de
ipsa consequitur universalis Ecclesia, in generali. Lugdunensi Concilio
exitit declaratum. Nec nos minùs attendimus, imò profundiùs cogita-
mus, sicut pensare debent subtilius ceteri Catholicæ Fidei professores,
quod ipse Deus Ordinem prædictum, & ejus observatores inspiciens, sic
eos ab insurgentibus in ipsos rancoribus salutari præsidio præservavit,
quod nec ipsos fluctus tempestuosus allisit, nec animos in Ordine ipso de-
gentium consternavit: quin potius in vigore regulari concrecant, & am-
plientur in suorum observantia mandatorum..

4. Verumtamen ut Ordo prædictus quibuslibet præcisus anfractibus
distincta, & pura vigebat claritate, sicut fratres ejusdem Ordinis nuper
in generali Capitulo congregati providerant, dilectis filiis Generali, &
nonnullis aliis Provincialibus ejusdem Ordinis Ministris, qui in Capitulo
ipso convenerant, in nostra præsentia constitutis, cùm ad plenam obser-
vationem Regulae ejusdem, in vigore spiritus eorum servere noseatur in-
tentio: visum est nobis, mordacibus hujusmodi mordendi vias præclu-
dere; & aliqua quæ in ipsa Regula videri poterant dubia, declarare; non-
nulla

nulla per prædecessores nostros declarata , pleniori claritate differere , in aliquibus etiam Regulam ipsam contingentibus , puritati eorundem conscientiæ providere .

5. Nos autem qui à teneris annis ad Ordinem ipsum affectus nostros erexitus in illis succrescendo , cum aliquibus ejusdem Confessoris sociis , quibus ejus vita , & conversatio nota erat , super ipsa Regula , & sancta ipsius beati Francisci intentione sequenti collatione tractavimus : & tandem Cardinalis , ac postmodum ejusdem Ordinis per prædictam Sedem Gubernator , Protector , & Corrector effecti , condicione prædicti Ordinis ex imminenti nobiscura palpavimus . In Apostolatus officio , tam in pia intentione Confessoris prædicti , quām de his quæ Regulam ipsam , & ejus observantiam contingunt , ex prædictis longa etiam experientia informati , nostros ad Ordinem præfatum convertimus cogitatus : & tam ea quæ per prædecessores eosdem approbata , & declarata esse noscuntur , quām etiam Regulam , & eam contingentia , maturitate plena discussimus : nonnulla in præsenti serie statuimus , declaravimus , certius approbavimus , approbata confirmavimus , edidimus , concessimus , plura etiam ordinando seriosius , & clarius , quæ infra scriptis articulis pleniū exprimuntur .

I. ARTIC: REGULÆ.

De observantia Evangelici consilii , & precepti.

I. **N** primis , quia (sicut intelleximus) ab aliquibus hæsitatur , an Fratres ejusdem Ordinis tam ad consilia , quām ad præcepta Evangelii teneantur : tūm quia in Regule prædictæ principio habetur : *Regula , & vita Minorum Fratrum hac est , scilicet : Domini nostri Iesu Christi Sanctum Evangelium observare , vivendo in obedientia , sine proprio , & in castitate : tūm ex eo quod in eadem Regula continetur sic : Filiis vero anno probationis , recipientur ad obedientiam , promittentes vitam istam semper , & Regulam observare : tūm etiam quia in fine ipsius Regule continentur hæc verba : Paupertatem , & humilitatem , ac Sanctum Evangelium Domini nostre Christi quod firmiter promissimus , observamus .* Licet iel rec. Gregorius Papa IX. prædecessor noster hunc articulum , & nonnullos ejusdem Regule declaravit : quia tamen ejus declaratio propter aliquorum iurgantium in Fratres , & Regulam , inordinatos vel mordaces insultus , & multorum postea emergentium caluum considerandos eventus , in aliquibus obicu-

obscura, in aliquibus semiplena, & in multis etiam contentis in ipsa Regula, insufficiens videbatur: nos obscuritatem, ac insufficientiam hujusmodi, perfectæ interpretationis declaratione amovere volentes, & cujuslibet ambiguitatis scrupulum in eisdem de singulorum mentibus plenioris expositionis certitudine amputare, dicimus, quod cum in principio Regulæ non absolutè, sed cum quadam modificatione, seu determinatione, seu specificatione ponatur, *Regula & vita Minorum Fratrum hæc est*, scilicet: *Domini nostri Jesu Christi Sanctum Evangelium observare*, vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate, quæ tria eadem Regula multum arctè prosequitur; & nihilominus alia nonnulla subnequit, præcipiendo, prohibendo, consulendo, monendo, hormando, & sub aliis verbis ad aliquem modorum reducilibus prædictorum, de intentione Regulæ liquere valeat aperiūs, ut illud, quod in Professione quasi absolutè subnekti videtur. Promittentes vitam istam semper, & Regulam observare, & quod in fine subjungitur: *Et Sanctum Evangelium Domini nostri Jesu Christi*, quod firmiter promissimus, observemus: totum ad ipsius Regulæ modicatum, vel determinatum, seu specificatum principiū reducatur, videlicet ad observantiam Evangelii (ut prædicitur) per ipsam Regulā in illis tribus modificatam, vel determinatam, sive specificatam: cum non sit verisimile, ipsum sanctum verbum ab ipso semel cum quadam modificatione, seu specificatione prolatum (licet quasi succinctorie repetitum) voluisse in sua repetitione data sibi per eum modificatione, vel determinatione, seu specificatione, sine certa causa carere, & utriusque Juris argumenta nos doceant ea quæ in principio ad medium, & ad finem; illa verò quæ in medio, ad finem, atque principium; & ea quæ in fine, ad utrumque, vel eorum alterum sèpè referri. Et dato quod absolutè diceretur. *Promitto Sanctum Evangelium observare*: nisi professor hujusmodi intenderet se ad omnium consiliorum observantiam obligare (quod vix aut nunquam possit ad literam observare, propter quod talis promissio illaqueare profitentis animum vidererur) clare videatur præmissionem hujusmodi alium intellectum absque intentione promittentis non debere perstringi, nisi ut observantia Evangelii sit sicut tradiua reperitur à Christo: videlicet, quod præcepta ut præcepta, & consilia ut consilia, à promittentibus observentur. Quem intellectum etiam in eisdem verbis habuisse, idem Beatus Franciscus in serie sui processus in Regula patenter ostendit, cum aliqua Evangelica consilia inducat ut consilia, sub verbis monitionis, exhortationis, & consilii; nonnulla ve-

re sub prohibitione, ac verbo præcepti. Per quod patet, quod non sicut loquentis intentio, quod Fratres ex professione hujusmodi Regulae ad omnia consilia, sicut ad præcepta Evangelica tenerentur, sed solum ad illa consilia, quæ in eadem Regula præceptorie, vel inhibitorie, seu sub verbis æquipollentibus sunt expressa.

Ad quæ consilia Evangelica Fratres ex professione teneantur.

2. **U**NDE nos ad fratrum ejusdem Ordinis conscientias plenarie serenandas declaramus, quod ex professione ejusdem Regulae fratres ipsi ad ea tantum Evangelica observanda consilia sunt adstricti, quæ in ipsa Regula præceptorie, seu sub verbis æquipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla vero alia per Evangelium data consilia eò magis secundum exigentiam sui statutus tenentur plus quam ceteri Christiani, quod per statutum perfectionis (quem per professionem hujusmodi assumperunt) se obtulerunt Domino holocaustum medullatum per contemptum omnium mundanorum. Ad omnia autem quæ in ipsa Regula continentur, tam præcepta, quam consilia, quam cetera, ex voto professionis hujusmodi non aliter tenentur, quam eò modo quod in Regula ipsa traduntur, ut scilicet teneantur ad eorum observantiam, quæ in eadem Regula ipsis sub verbis obligatoriis indicuntur. Ceterorum vero observantiam, quæ sub verbis monitoriis, exhortatoriis, informatoriis, & instruторiis, seu quibuscumque aliis continentur, eatenus magis condebet de bono, & aequo eos prosequi: quo imitatores tanti Patris effecti, Christi semitas arctius elegerunt.

II. ARTICULUS.

De observantia paupertatis, & abdicatione proprietatis.

1. **P**orrò cum ipsa Regula expressè contineat quod fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem; siq; declaratum per eundem prædecessorem nostrum Gregorium nonum, & nonnullos alios, hoc servari debere, tam in speciali, quam in communi, quam sic arctam abdicationem venensis obrectationibus aliquorum insensata depravavit astutia: ne fratum eorundem perfectionis claritas talium imperitis sermonibus laceretur: dicimus, quod abdicatio proprietatis hujusmodi omnium rerum, tam in speciali, quam etiam in communi propter Deum meritoria est, & sancta, quam & Christus, viam perfectiōnis ostendens; verbo docuit, & exemplo firmavit, quamque primi fundato-

datores militantis Ecclesiæ, prout ab ipso fonte hauserant, volentes perfectè vivere, per doctrinæ, ac vitæ ipsorum alveos in eos derivârunt.

2. Nec his quisquam putet obsistere, quod interdum dicitur, Christum loculos habuisse: nam sic ipse Christus, cuius perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quod interdum infirmorum imperfectionibus condescendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas semitas non damnaret. Sic infirmorum personam Christus accepit in loculis, sic in nonnullis aliis infirma humanæ carnis assumens (prout Evangelica testatur historia) non tantum carne, sed & mente condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam assumpit, quod in suis operibus perfectus existens, in nostris factus humilis, in propriis permanxit excelsus. Sic & summa charitatis dignatione ad actus quodam nostræ imperfectioni conformes inducitur, quod summæ perfectionis rectitudine non curvatur. Egit namque Christus, & docuit opera perfectionis; egit etiam infirma, sicut interdum in fuga patet, & loculis: sed utrumque perfectè perfectus existens; ut perfectis, & imperfectis leviam salutis ostenderet, qui utrosque salvare venerat, qui tandem mori voluit pro utrisque.

*Summa hæc abdicatio omnis proprietatis, licita est,
& meritoria.*

Nec quisquam ex his insurgat erroneè, quod taliter propter Deum proprietatem omnium abdicantes, tanquam homicidæ sui, vel tentatores Dei, vivendi discrimini se committant. Sic enim scipios committunt Divinæ providentiae in vivendo, ut viam non contemnant provisionis humanæ, quin vel de his quæ offeruntur liberaliter, vel de his quæ mendicantur humiliiter, vel de his quæ conquiruntur per laboritum sustententur, qui triplex vivendi modus providetur in Regula expressè. Perfectò si (juxta promissum Salvatoris) nunquam deficiet Fides Ecclesiæ: per consequens nec opera bona subtrahentur. Ex quo Christi pauperibus omnis ratio diffidentiæ cuiuslibet videtur esse sublata. Et quidem ubi (quod non videtur aliquatenus presumendum) hæc cuncta deficerent: sicut nec cæteris, sic nec ipsis Fratribus jure poli in extremæ necessitatis articulo, ad prouidendum sustentationi naturæ, via omnibus extrema necessitatate detentis concessa præcluditur; cum ab omni lege extrema necessitas sit exempta.

4. Nec talem abdicationem proprietatis omnimodæ, renunciationem

usūs rerum cuique videatur inducere. Nam cùm in rebus temporalibus sit considerare præcipuum, proprietatem, possessionem, usum fructuum, jus utendi, & simplicem facti usum; & ultimo tanquam necessario egeat (licet primis carere possit vita mortalium) nulla proflus potest esse professio quæ à se usum necessariæ sustentationis excludat: verùm condescens fuit ei professioni, quæ sponte devovit Christum pauperem in tanta paupertate sectari, omnium abdicare dominium, & rerum sibi concessarum necessario usu, fore contentam. Nec per hoc quod proprietatem usūs, & rei cuiuscunquaque dominium à se abdicasse videtur, simplici usui omnis rei renunciassse convincitur: qui, inquam, usus non juris, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti est tantum in utendo præbet urentibus, nihil juris. Quinimo necessariarum rerum tam ad vitæ sustentationem, quam ad officiorum sui statūs executionem (excepto quod de pecunia infra subjungitur) moderatus usus, secundūm eorum Regulam, & veritatem omnimodam, concessus est fratribus: Quibus rebus fratres licet uti possunt, durante concedentis licentia: & juxta quod in præsenti serie continetur..

5. Nec his obviare dñoscitur, quod civilis providentia in humanis rebus humanè constituit; videlicet non posse usum, vel usum fructuum à dominio perpetuò separari; quod ne dominium dominis (semper abscedente usu) redderetur inutile: tempore utilitatem tantum in constituendo prospiciens, ista decrevit. Retentio námque dominii talium rerum cum concessione usūs facta pauperibus, non est infructuosa domino, cùm sit meritoria ad æterna, & professioni pauperum opportuna; quæ tantò sibi censemur utilior, quanto commutat temporalia pro æternis.

6. Profectò non fuit Confessoris Christi Regulam instituentis intentio, rerum quarumlibet usum necessarium abdicare; quinimo contrarium in ipsa conscripsit contrarium vivendo servavit: cùm & ipse temporalibus ad necessitatē usus fuerit, & in pluribus locis in Regula usum talem licere Fratribus manifestet. Dicit námque in Regula, quod Clerici faciant Divinum Officium, ex quo habere poterunt Breviaria: ex hoc patenter insinuans, quod Fratres sui habituri essent usum Breviarii, & librorum qui sunt ad Divinum Officium opportuni. In alio quoque capitulo dicit, quod Ministri, & Custodes pro necessitatibus infirmorum: & aliis Fratribus induendis, per amicos spirituales sollicitam curam gerant, secundūm loca, & tempora, & frigidas regiones, sicut eorum necessitatē viderint expedire. Alibi etiam exhortans Fratres

tres per congruum laboris exercitium ad otium evitandum , dicit , quod de mercede laboris pro se , & suis Fratribus corporis necessaria recipiant . In alio quoque capitulo continetur , quod Fratres vadant pro eleemosyna confidenter . Habetur etiam in eadem Regula , quod in prædicatione quam Fratres faciunt , sint examinata , & casta eorum eloqua , ad utilitatem , & edificationem populi : annuntiando eis vita , & virtutes , pœnam , & gloriam . Sed constans est , quod hæc presupponunt scientiam , scientia requirit studium : exercitium verò studii convenienter haberi non potest sine usu librorum . Ex quibus omnibus satis claret ex Regula , ad victum , vestitum , Divinum cultum , & sapientiale studium , necessariū rerum usum Fratribus esse concessū .

Pater itaque sanè intelligentibus ex prædictis , Regulam , quoad abdicationē hujusmodi non solum observabilem , possibilē , & licitam , sed meritoriam , & perfectam , & eō magis meritoriam , quod per ipsam professores ipsius magis à temporalibus propter Deū (sicut prædicitur) elongantur .

III. ARTICULUS.

Cui competit dominium rerum fratribus concessarum.

I. **A**D hæc cùm fratres ipsi nihil sibi in speciali acquirere , vel eorum Ordini possint etiam in comuni , & cùm aliquid propter Deum ipsis offertur , conceditur , vel donatur : ea (si secus non exprimat) offerentis , concedentis , vel donantis , verisimiliter credatur fuisse intentio , ut rem hujusmodi oblatam , concessam , vel donatam , perfectè concedat , donet , & offerat , à se abdicet , ac in alio transferre cupiat propter Deum ; nec sit persona in quam loco Dei congruentius hujusmodi rei dominium transferatur , quam Sedes præfata , vel persona Romani Pontificis , Christi Vicarii , qui Pater est omnium , & fratum Minorum nihilominus specialis : ne talium rerum sub incerto videatur esse dominium , cùm patri filius , suo modo , servus domino , & Monachus monasterio , res sibi oblatas , concessas , vel donatas acquirant ; omnium utensilium & librorum , ac eorum mobilium præsentium & futurorum , quæ , & quorum usum (facti scilicet) Ordini vel fratribus ipsis licet habere , proprietatem & dominium (quod etiam felicis recordationis Innocentius Papa IV . prædecessor noster fecisse dignoscitur) in nos & Romanam Ecclesiam Apostolica auctoritate recipimus , & ad nos , & ad ipsam Ecclesiam plenè , & liberè pertinere , hac præsenti constitutione in perpetuum valitura sumimus .

2. Præterea loca empta de eleemosynis diversis , & oblata , seu concessa

sa Fratribus, sub quacunque forma verborum (licet Fratres sibi cavere debeant, quod in hujusmodi verbis statui suo incompetentibus non utantur) à diversis seu pro indiviso possidentibus, seu certas partes in ipsis locis habentibus, in quibus ipsi possidentes pro indiviso, seu certas partes habentes, nihil sibi in obligatione seu concessione hujusmodi reservaverint : similiter in jus, dominium, ac proprietatem nostram, & Ecclesiae prædictæ, eadem auctoritate suscipimus.

3. Loca vero, seu domos pro habitatione Fratrum à singulari persona, vel collegio ipsis Fratribus ex integro concedenda, seu etiam offerenda, (si talia de voluntate conferentis Fratres inhabitare contigerit) perseverante tantum concedentis voluntate inhabitent : ac illa liberè (præter Ecclesiam, & oratoria ad Ecclesiam destinata, & cœmeterium, quæ tam præsentia, quam futura, in jus, & proprietatem nostram, & prædictæ Romanæ Ecclesiae, simili modo, & auctoritate recipimus) mutata concedentis voluntate, ac ipsis Fratribus patefacta, dimitrant ; in quorum locorum dominio, seu proprietate nihil nobis, vel præfacæ Romanæ Ecclesiae retinemus omnino : nisi ea specialiter de nostro, seu ipsius Romanæ Ecclesiae recipientur assensu. Etsi in eisdem locis reservaverit dominium sibi concedens ; propter habitationem Fratrum, tale dominium in jus Ecclesiae sèpè dictæ non transeat, sed potius plenè liberum maneat concedenti.

4. Insuper nec utensilia, nec alia, quorum usum ad necessitatem, & officiorum sui statutus executionem licet habere (non enim omnium rerum usum habere debent, ut dictum est) ad ullam superfluitatem, divitias seu copiam, quæ deroger paupertati, vel ad thesaurizationem, vel eō animo, ut ea distrahant, sive vendant, recipient ; nec sub colore providentiaz in futurum, nec alia occasione : quinimo in omnibus appareat in eis quoad dominium, omnimoda abdicatio, & in usu necessitas. Hoc autem secundum exigentiam personarum, & locorum, Ministri, & Custodes simul, & separatim in suis administrationibus, & custodiis, cum discretione disponant : cum de talibus interdum personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliae circumstantiaz, plus minusve, ac aliter provideri requirant. Ita tamen sic faciant, quod semper in eis, & eorum auctibus paupertas sancta reluceat, prout ipsis ex eorum Regula iavenitur indicata..

IV. ARTICULUS.

De eleemosynis pecuniariis.

I. CETERUM CUM in eadem Regula sic sub præcepti distictione prohibutum, ne fratres recipient per se, vel per alios, denarios vel pecuniam ullò modò, idque fratres in perpetuum servare cupiant, & velut injunctum necesse habeant adimplere: ne ipsorum puritas in hujusmodi observatione præcepti maculetur in aliquo, & ne fratum conscientiae aliquibus aculeis stimulentur, articulum istum propter detrahentium morsus profundiùs quam nostri prædecessores fecerint, assumentes, ac ipsum clarioribus determinationibus prosequentes: dicimus in primis, quod fratres ipsi à mutuis contrahendis abstineant, cum eis mutuum contrahere (ipsorum statu considerato) non licet. Possint tamen ipsi pro satisfactione facienda, pro eorum necessitatibus quæ pro tempore occurserint (cessantibus eleemosynis, de quibus satisfieri commodè tunc non posset) citra cujuslibet obligationis vinculum dicere, quod per eleemosynas, & alios amicos fratrum, ad solutionem hujusmodi faciendam intendant fideliter laborare. Quo casu procuretur à fratribus, quod ille qui dabit eleemosynam, per se, vel per alium non nominandum ab ipsis, si fieri poterit, sed ab eo potius juxta suum beneplacitum assumendum, hujusmodi satisfactionem faciat in totum vel in partem, prout Dominus sibi inspirabit.

2. Si tamen ipse hoc nollet facere, vel non posset, vel quia recessus ejus immineat, aut quia quibus velit committere notitiam non habeat fidelium personarum, seu quacunque alia occasione, vel causa: declaramus & dicimus, quod in nullo Regulae puritas infringitur, aut quomodolibet ipsius observantia maculatur, si Fratres ipsi alicujus, vel aliquorum sibi eurent dare notitiam, vel aliquos, seu aliquem nominare, aut etiam præsentare, cui, vel quibus, si eleemosynam facienti placuerit, committi possit executio prædictorum, ac ipsius habeatur assensus super subrogationibus infra scriptis. Ita tamen, quod penes ipsum dantem dominio proprietate, ac possessione ipsius pecuniae cum libera potestate revocandi sibi pecuniam ipsam, semper usque ad coaversionem ipsius in rem deputatam plenè, liberè, ac integrè remanentibus, in ipsa pecunia nihil omnino. Fratres juris habeant, nec administrationem, seu dispensationem; nec contra personam nominatam, vel non nominatam ab eis cujuscunque conditionis existat in judicio, vel extra, actionem, prosecutionem,

aut

aut aliquod jus , qualitercunque persona prædicta in commissione hujusmodi se habeat. Liceat tamen Fratribus suas necessitates insinuare, ac specificare , vel exponere personæ prædictæ , ac eam rogare quod solvat. Posunt etiam personam eandem exhortari ac inducere , quod fideliter in re commissa se habeat , & animæ suæ saluti in commissa sibi executione proideat. Ita tamen , quod ab omni ejusdem pecunia administratione , seu dispensatione , & contra prædictam personam actione , seu prosecutione (ut dictum est) Fratres abstineant omni modo.

3. Si verò personam hujusmodi nominatam , vel non nominatam à fratribus , (quo minus per se posset exequi quod prædicatur) contigerit per absentiam , infirmitatem , voluntatem , seu locorum distantiam , ad quæ ipse nollet accedere ; in quibus esset solutio seu satisfactio facienda , vel per occasionem aliquam impediri : liceat fratribus cum conscientiæ puritate , quantum ad unam aliam personam subrogandam ad præmissa in nominando & aliis (si ad primum dantem non possint vel nolint habere recursum) cum ista persona facere , sicut suprà declaravimus eis licere cum prima. Duarum enim personarum ministerium per viam subrogationis (ut prædictum est) communius & generalius videtur posse in prædictorum executione sufficere , cùm prædicta satisfactio præsumatur posse celeriter expediri. Si tamen interdum propter locorum distantiam , in quibus satisfactio esset facienda , & conditiones seu circumstantias alias , casus emergeret , in quo videtur plurium personarum subrogandarum ministerium opportunum : liceat ipsis fratribus in hoc casu juxta negotii qualitatem (servatō modō prædictō) plures personas assumere nominare seu præsentare ad istud ministerium exequendum.

De necessitatibus futuris.

4. **E**t quia oportet , & expedit Fratrum necessitatibus , non solum illis , pro quibus jam esset solutio , seu satisfactio facienda , (ut suprà proximè dictum est) sed etiam imminentibus , sive tales necessitates ingruentes imineant , quæ brevi tempore expediri valeant ; sive tales , licet paucæ comparativè , quarum provisio ex sui conditione necessariò tractum temporis habet ; ut in libris scribendis , Ecclesiis , seu ædificiis ad usum habitationis ipsorum construendis , libris , & pannis in locis remotis emendis , & aliis similibus , si quæ occurrerint cum moderamine supra dicto , salubriter provideri , sicut in ipsis necessitatibus clarè distinguimus , sic in aliis Fratres posse tutè , & salvâ conscientiâ procedere declaramus ; videli-

videlicet : ut ingruenti , vel imminentि necessitate , quæ brevi tempore , vel quæ interdum in aliquibus circumstantiis non sic brevi (ut suprà in proximo casu dictum est) valeat expediri , tam quoad dantem eleemosynam , quam quoad nominatum vel substitutum , in omnibus , & per omnia (sicut in articulo solutionis pro necessitatibus præteritis facienda suprà proximè declaravimus) procedatur .

5. In ea verò necessitate , quantumcunque præsentialiter ingruenti , quæ tamen ex qualitate sui , ut prædictur , tractum temporis habet anexum ; quia in eo casu verisimile est , quod tum ratione distantia locorum , quam expeditio necessitatis ipsius ex sui conditione requiret ; tum etiam circumstantiarum ipsius necessitatis ratione pensata , frequenter casus acciderent , in quibus ad expeditionem necessitatis hujusmodi oportet , quod per diversas manus , & personas transiret pecunia , necessitati hujusmodi deputata , quarum omnium personarum impossibile quasi esset dominum principalem pro ipsa necessitate pecuniam deputantem , seu etiam substitutum ab eo , & tertium etiam ab ipso substituto (si casus talis accideret) postea subrogatum , habere notitiam : declaramus & dicimus , quod in hoc articulo præter dictos duos modos in necessitatibus præteritis , ingruentibus quæ possint brevi tempore , vel interdum non brevi (ut suprà exprimitur) expediri , ut prædiximus , observandos , ad conservandam ipsius Regulæ , ac professorum ejus omnimodam puricatem : quod si præstò sit eleemosynæ hujusmodi elargitor , velejus natus , qui possit hoc facere , & velit ; exprelse prædicatur illi à Fratribus , quod si placeat , ut dominio talis pecuniae cum libera potestate revocandib⁹ pecuniam ipsam penes ipsum semper usque ad conversionem ipsius interim deputatam liberè remanente , (ut in aliis duobus casibus superius dictum est) per quorūcunque manus pecunia seu eleemosyna ipsa trætetur , sive per personas ab eo , vel à Fratribus nominatas ; totum suo consensu , voluntate , ac auctoritate procedat . Quod assensum suum præbente prædictis , securè Fratres re empta ; vel acquisita de illa pecunia per quēcunque (juxta modum annotatum superius) uti possint .

Ad majorem autem prædictorum omnium claritatem , hac in perpetuum valitura provisionis seriè declaramus , quod Fratres præfatis modis (ut prædiximus) circa pecuniam , in supportandis eorum præteritis , & ingruentibus necessitatibus observatis , non intelligantur , nec dici possint per se , vel per interpositam personam pecuniam recipere , contra Re-

gulam, & Professionis sui Ordinis puritatem: cùm manifestè pateat ex premissis, ipsos Fratres non solum à receptione, proprietate, dominio, sive usu ipsius pecuniae, verum etiam à contreciatione qualibet ipsius, & ab ea penitus alienos.

Quid faciendum, si dator eleemosynæ moriatur.

6. **I**N eo verò casu, quando, antequam ipsa pecunia in licitum rei habendæ vel utendæ commercium sit conversa, concedentem pecuniam mori contigerit: si concedens in concedendo dixerit vel expresserit, quod persona deputata pecuniam ipsam in necessarium usum Fratrum expenderet, quidquid de ipso concedente vivendo, vel moriendo contingere, sive concedens hujusmodi hæredem reliquerit, sive non, possint Fratres ad personam deputatam (non obstante concedentis morte, vel hæredis contradictione) pro ipsa pecunia expendenda recurrere, sicut poterant, ad ipsum dominum concedentem.

Quid agendum de pecunia, quæ supereft, habita necessitate determinata.

7. **Q**uia verò puritatem ipsius Ordinis intima cordis affectione zelamus, cùm in prædictis casibus ad determinatam necessitatem (ut prædictitur) per aliquem pecuniam concedi contigerit; concedens pecuniam rogari possit à Fratribus, quod si quid de pecunia ipsa (habita necessitate determinata) supererit, consentiat ipse concedens, quod residuum præfata pecunia in res alias pro aliis ipsorum Fratrum prædictis necessitatibus, convertatur. Quod non consentiente prædictis, ipsum residuum, (si quid fuerit) restituatur eidem. Caveant tamen Fratres, quod sollicitè se coaptent, ut non plus scienter concedi consentiant, quam verisimiliter estimari possit rem necessariam, pro qua pecunia ipsa conceditur, valituram.

Et quia in prædictorum seriosa expositione, à dante vel recipiente, de facili possit errari, ut clarius utilitati dantium, puritati Ordinis, simplicitati aliorum simplicium, saluti animarum, hinc inde securius consulatur: intellectum illum, qui satis in hoc casu à sane intelligentie percipitur, præsentis, & in æternum valituræ constitutionis seriè lucidamus; volentes illum ad communem deduci notitiam, videlicet: quod semper, quando pecunia Fratribus ipsis mittitur vel offertur, (nisi expressè permittentem, vel offerentem aliud exprimatur) prædictis modis prorsus oblata intelligatur & missa. Non enim verisimile est, aliquem eleemosy-

ne suæ sine expressione modum illum velle præfigere, per quem, & donans meritò, vel illi quorum necessitatibus intendit per donum hujusmodi providere; vel effectu doni, vel suæ conscientiæ puritate fraudentur.

V. ARTICULUS.

De iis, quæ relinquuntur Fratribus testamento.

AD hæc quia Fratribus ipsis interdum in ultimis voluntatibus, 1. sub diversis modis nonnulla legantur, nec expressè, quid de his agendum sit, in Regula, vel prædecessorum nostrorum Declarationibus continetur: ne in ipsis dubitari contingat in posterum, providendo; legantibus, & Fratrum conscientiis præcavendo, declaramus ordinamus, & dicimus: quod si testator modum, secundum quem Fratribus (eorum conditione inspecta) recipere non liceret, exprimat in legando; ut si legaret Fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel similia verba in similibus proferret, aut modos similes in relinquendo servaret: à tali legato, & ejus receptione per omnem modum Fratres abstineant.

2. Si verò modum licitum fratribus in legando Testator expresserit, ut si diceret: Lego pecuniam pro fratum necessitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam, & similia, ad hoc quod per certam personam, vel personas idoneas distrahabantur, & pecunia de rebus ipsis accepta, in ædificia vel alia fratrum necessaria convertatur, aut in legando similibus modis vel verbis utatur: in hoc casu illud in omnibus & per omnia (consideratis eorum necessitatibus & moderaminibus supradictis) quantum ad fratres servari decernimus, quod per nos superius est in concessis pecuniariis eleemosynis declaratum. Ad quæ legata solvenda tam hæres Testatorum, quam executores se liberales exhibeant, & etiam Prælati & seculares, quibus de jure vel consuetudine provisio ista competenter (cù nexpedierit) se ex officio suo promptos exhibeant, ad vias voluntates decedentium adimplendas. Nam & nos etiam per modos licitos & fratrum Regulæ congruos intendimus providere, quod hæredum cupiditas legitimis iustibus feriatur, ne pia defunctorum destituatur intentio, ac ipsi fratres pauperes, opportunis auxiliis non fraudentur.

De legatis indifferenter relictis.

3. SI verò Fratribus ipsis generaliter aliquid absque modi expressione legetur: in hoc legato sic indeterminatè relicto, in omnibus & per

& per omnia intelligi ac servari volumus, & in perpetuum praesenti constitutione jubemus, quod suprad in pecuniaria eleemosyna Fratribus indeterminatè oblata, vel missa voluimus, ac expressissimus observari: videlicet ut sub modo licto Fratribus intelligatur esse relictum; ita quod nec legans meritò, nec Fratres ipsi effectu relicti fraudentur.

V. ARTICULUS.

De commutatione rerum mobilium.

1. **Q**uia verò libros, & alia mobilia quibus tam Ordo, quam Fratres utuntur, quorum dominium (cùm non sunt dominii aliorum) ad præfatam Ecclesiam specialiter spectare dignoscitur, interdum contingit seu expedit vendi, vel etiam commutari: Fratrum utilitatibus, & eorum conscientiis providere volentes, eadem auctoritate concedimus, ut commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum usum Fratribus licet habere, de Generalium, & Provincialium Ministrorum, in suis administrationibus conjunctim, & divisiim auctoritate procedat. Quibus etiam de dispositione usus talium rerum concedimus ordinare. Si verò res hujusmodi aëstimatò pretiò vendi contingat; cùm Fratribus ipsis per se, vel per alium recipere pecuniam (Regula prohibente) non licet: ordinamus & volumus, quod talis pecunia, vel pretium recipiatur, & expendatur in rem licitam, cuius usum Fratribus licet habere, per Procuratorem à præfata Sede, vel à Cardinale gubernationem per ipsam Sedem gerente ejusdem Ordinis deputandum, juxta modum in superioribus necessitatibus præteritis, & ingruentibus ordinatum.

De largitione vilium.

2. **D**e vilibus autem mobilibus vel parum valentibus, licet ex præsenti nostra constitutione fratribus, pietatis seu devotionis intuitu, vel pro alia honesta & rationabili causa (obtentâ super hoc priùs Superiorum suorum licentiâ) juxta quod inter fratres in generali vel in Provincialibus capitulis, tam de ipsis rebus vilibus seu parum valentibus, & earum valore, quam præfata licentia, scilicet à quibus & qualiter sit habenda, extiterit ordinatum, intra & extra Ordinem aliis clargiri.

VII. ARTICULUS.

De vestibus Fratrum.

1. **L**icit autem continetur in Regula, quod Fratres habeant unam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, & videri possit illa fuisse in-

instituentis intentio, quod necessitate cessante, pluribus non utantur: declaramus quod possint fratres de licentia Ministrorum & Custodum, coniunctim & divisim in administrationibus sibi commissis, cum eis videbitur (pensatis necessitatibus, & aliis circumstantiis, quae secundum Deum & Regulam attendendae videntur) uti pluribus, nec per hoc videantur a Regula deviare, cum etiam in ipsa dicatur expressè, quod *Ministri & Custodes de infirmorum necessitatibus & fratribus induendis, sollicitam curam gerant, secundas loca & tempora, & frigidas regiones.*

2. Et quamquam predicta Regula contineat, quod de *Fratribus induendis, & necessitatibus infirmorum Ministri tantum, & Custodes sollicitam curam gerant;* & dictio illa *tantum*, sic Ministros, & Custodes in hac cura perstringere videatur, quod ab ea ceteros prima facie excludere videatur: quia tamen sollicitate considerare nos convenit, & tempus Regulæ institutæ, quod Fratres ipsi ad comparationem praesentem numerò pauci erant, & forsitan Ministri, & Custodes videbantur, tunc ad ista procuranda posse sufficere; ac nihilominus multiplicationis Fratrum, & moderni temporis qualitatem; nec sit verissimum, B. Franciscum institutorem Regulæ, vel ipsius Ministris, & Custodibus impossibilitatis jugum voluisse præfigere, vel ex ipsius impossibilitatis consequentia Fratres ipsos suis necessitatibus vel le carere: concedimus quod ipsi Ministri, & Custodes possunt per alios hujusmodi curæ sollicitudinem exercere. Debent etiam & alii Fratres curam hujusmodi quæ præfatis Ministris, & Custodibus præcipue incumbit ex Regula, cum sibi ab illis commissa fuerit, gerere diligenter.

VIII. ARTICULUS.

De modo laborandi.

I. C *ontinetur quoque in Regula, quod Fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & devotè; ita quod exclusio anima inimico, sine orationis & devotionis spiritum non exstingvant. Quia vero ex verbo isto fratres ipsos de otiositate vitae, & de Regulæ transgressione, improbe notare interdum haec tenus aliqui sunt conati: nos morsus hujusmodi nefarios reprimentes, declaramus, quod consideratis verbis predictis, & forma seu modo loquendi, sub quibus fratres ad hujusmodi exercitium inducuntur, non videtur ea suisse instituentis intentio, quod vacantes studio vel divinis officiis, & ministeriis exequendis, manuali laborei seu operationi subjiceret, vel ad hoc illos arctaret, cum exemplo*

Christi & multorum sanctorum Patrum, labor iste spiritualis tanto illi præponderet, quanto quæ sunt animæ, corporalibus præferuntur.

2. Ad alios verò, qui se in prædictis spiritualibus operibus non exercent, nisi tales aliorum Fratrum licitis serviciis occupentur, ne oriosè vivant, verba prædicta declaramus extendi: nisi & tales tam excellentis, & notabilis contemplationis existerent, quod merito propter hoc non essent à tanto bono pro hujusmodi exercitio subtrahendi. Fratres enim, quantumcunque studio, vel divinis ministeriis non vacantes, sed aliorum Fratrum studio, vel aliis divinis officiis, & ministeriis vacantium servitiis inhaerentes, cum ipsis, quibus serviant sustentari merentur: quod adstruit illa æqua lege sanctum, quā strenuus pugnator ille David justè decrevit, videlicet: quod descendantium ad prælium, & remanentium ad sarcinas, portio æquaretur..

IX. ARTICULUS.

De prædicatoribus

I. **V**erùm quia expressè continetur in Regula, quod Fratres non prædicanter in Episcopatu alicuius Episcopi, cum ab eo illis fuerit contradicuum: nos in hoc, & deferentes Regulæ, & nihilominus auctoritatem Apostolicæ plenitudinis conservantes, dicimus, quod prædiculum verbum ad literam, sicut Regula ipsa protulit observetur: nisi per Sedem Apostolicam, circa hoc pro utilitate populi Christiani sic concessum, vel ordinatum aliud, vel in posterum concedatur, seu etiam ordinetur..

2. Et quia in eodem capitulo Regulæ immediate subjungitur, quod nullus Fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi a Ministro Generali fuerit examinatus, & approbatus, & ab eo prædicationis officium sibi concessum: nos & statum præteritum ipsius Ordinis in paucitate sui, & modernum in ampliato Fratrum numero, ac utilitatem animarum (ut condebet) advertentes, concedimus, quod ne dum Generalis examinare, & approbare Fratres prædicaturos in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus personæ idoneitatem, & prædicationis officium licentia ipsa resipiceret, prout in Regula continetur: verum etiam Provinciales Ministri hoc possint in Capitulis Provincialibus cum Diffinitoribus, quod etiam hodie observari diecitur, & in Fratrum privilegiis contineri. Quam quidem licentiam præfati revocare, ac suspendere valeant, & arctare, sicut & quando id eis videbitur expedire.

X. A R T I C U L U S.

De modo recipiendi Fratres ad Ordinem.

I. **S**ed quoniam in desideriis nostris hoc geritur, ut ad Dei gloriam salus proficiat animarum, ac dictus Ordo, per quem jugiter, ad amorem Divinum affectio Christianæ religionis acceditur, merito & numero augeatur: concedimus, & presenti statuto firmamus, licere non solum Generali, sed etiam Provincialibus Ministris, personas fugientes à saeculo in fratres recipere, quæ Ministrorum Provincialium licentia per ipsum Generalem (sicut expedire viderit) possit arctari. Vicarii vero Provincialium Ministrorum ex officio vicariæ licentiam hanc sibi noverint interdictam: nisi per Ministros eisdem (quibus hoc posse committere Vicariis, & aliis licere decernimus) hoc ipsis Vicariis specialiter committatur. Caveant tamen ipsi Provinciales, quod hoc non indiscretè, non passim, sed sic consideratè committant, sicque illos quibus hoc committi contigerit, fidelibus consiliis fulciant, quod omnia discreterè procedant.

2. Nec indifferenter omnes admittantur ad Ordinem, sed illi tantum, qui suffragantibus eis literatura, idoneitate, vel aliis circumstantiis possint utiles esse Ordini, sibique per viræ meritum, ac aliis proficere per exemplum.

XI. A R T I C U L U S.

De mittendo Custode Custodum ad Capitulum Generale.

I. **N**super dubitantibus Fratribus predicti Ordinis, an pro eo, quod in Regula dicitur, ut decedente Generali Ministro, a Provincialibus Ministris, & Custodibus in Capitulo Pentecostes fiat electio successoru; omnium Custodum multitudinem oporteat ad Generale Capitulum convenire, aut, ut omnia cum majori tranquillitate tractentur, sufficere possit, ut aliqui de singulis Provinciis, qui vocem habeant aliorum, intersint: taliter respondemus, ut scilicet singularum Provinciarum Custodes unum ex se constituant, quem cum suo Provinciali Ministro pro se ipsis ad Capitulum dirigant, voces, ac vices suas committentes eidem. Quod etiam cum constituerint per se ipsis; statutum hujusmodi duximus approbandum. Quod idem predecessor noster Gregorius IX. in casu hujusmodi dicitur respondisse.

XII. A R-

XII. ARTICULUS.

De ingressu, & accessu ad Monasteria Monialium.

I. **D**enique quia continetur in Regula supradicta, quod Fratres non ingrediantur Monasteria Monacharum, preter illos, quibus à Sede Apostolica concessa fuerit licentia specialis; quamquam hoc de Monasteriis pauperum Monialium incolarum Fratres hactenus intelligendum esse crediderint, cum earum Sedes praefata curam habeat specialem; & intellectus hujusmodi per Constitutionem quandam tempore data Regule, vivente adhuc Beato Francisco, per Provinciales Ministros suisse credatur in Generali Capitulo declaratus: idem Fratres certificari nihilominus postulaverunt, an hoc de omnibus generaliter, cum Regula nullum excipiat; an de illis solùm Monasteriis Monialium prædictarum debeat intelligi. Nos itaque generaliter id esse prohibitum de quarumlibet cœnobiiis Monialium respondemus. Et nomine Monasterii volumus claustrum, domos, officinas interiores intelligi pro eo, quod ad alia loca, ubi homines saeculares convenient, possint Fratres illi causa prædicationis, vel eleemosynæ petenda accedere, quibus id à Superioribus suis pro sua fuit maturitate, vel idoneitate concessum, exceptis semper prædictarum Monasteriis inclusarum, ad quæ nulli datur accendi facultas, sine Sedis ejusdem licentia speciali. Quod etiam ipsum idem prædecessor noster Gregorius IX. in eo casu dicitur respondisse.

XIII. ARTICULUS.

An ad Testamentum B. P. N. Francisci Fratres obligentur.

I. **C**æterum sanctæ memorie Confessor Christi Franciscus, fratribus mandasse dicitur circa ultimum vitæ suæ (cujus mandatum ipsius dicitur Testamentum) quod verba ipsius Regule non glossentur, & (ut verbis utamur ejusdem) quod sic vel sic intelligi debeant, non datur; adjiciens quod fratres nullo modo literas aliquas ab Apostolica Sede petant; & alia quedam interserens, quæ non possent sine multa difficultate servari. Propter quod fratres hæsitantes an tenerentur ad observantiam Testamenti prædicti, dubitationem hujusmodi per eumdem prædecessorem nostrum Gregorium IX. petierunt de ipsorum conscientiis amoveri: qui (sicut asseritur) attendens periculum animarum, & difficultates quas propter hoc possent incurtere, dubietatem de eorum conscientiis amovendo, dixit, Fratres ipsos ad ipsius mandati observantiam

tiam non teneri, quod sine consensu Fratrum, & maximè Ministrorum, quos universos rängebat, obligare nequivit, nec successorem suum quomodolibet obligavit, cùm non habeat imperium par in parem. Nos autem circa præsentem articulum nihil duximus innovandum.

XIV. ARTICULUS.

Hæc declaratio tantum servanda in iis, quæ habet communia cum Declarationibus summorum Pontificum præcedentium.

1. **A**d hæc à nonnullis prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus circa declarationem ipsius Regulæ, & ipsam Regulam contingentia, diversas literas intelleximus emanasse: sed nec per hoc moradum prædictorum contra Regulam ipsam, & Fratres quievit insultus, nec per ipsas literas statui Fratrum providetur in multis, in quibus de novo vel aliter necessariò providendum esse, multorum postea casuum contingentium experientia indicavit. Nos itaque, ne literarum hujusmodi, & præsentis constitutionis diversitas, vel intellectus adversitas in prædictorum observatione Fratrum animos perturbaret; & ut pleniùs, clariùs, & certius eorum statui, & observantiae prædictæ Regulæ consulatur; in omnibus, & singulis illis articulis, quos Constitutio ipsa continet; quamquam ipsi, vel eorum aliqui contineantur in aliis literis Apostolicis supradictis: hanc nostram Constitutionem, seu ordinationem tantum à Fratribus ipsis præcisè, ac inviolabiliter decernimus perpetuis temporibus observandam.

XV. ARTICULUS.

De hujus declarationis firmitate, auctoritate, ac publicatione.

1. **C**um igitur ex prædictis & aliis per nos cum multa maturitate discussis, Regula ipsa licita, sancta, perfecta, & observabilis, nec ulli patens discriminis evidenter appareat: illam & omnia supra scripta per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata etiam & suppleta, de Apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volum us existere perpetuae firmitatis: in virtute Obedientiæ districtè præcipientes, quod hæc constitutio, sicut cæteræ constitutiones, vel decretales epistolæ, legatur in scholis.

2. Et quia sub colore liciti nonnulli contra Fratres ipsos, & Regulam, in legendo, exponendo, atque glossando, possent virus suæ iniquitatis effundere, ac ipsius constitutionis intellectum ipsum, in diversas, & ad-

versas sententias producentes , suis ad inventionibus depravare , & opinionum diversitas , ac distorsio intellectus multorum pios animos posset involvere , & à Religionis ingressu , multorum corda subtrahere : talium detrahentium , vitanda perversitas , cogit nos viam ipsis ad prædicta præcludere , & certum procedendi modum , hanc Constitutionem legentibus præfinire . Itaque sub poena excommunicationis , & privationis officii ac beneficii , districte præcipimus , ut præsens Constitutio cum ipsam legi contigerit , sicut prolata est , sic fideliter exponatur ad literam concordantem , contrarietates , seu diversæ vel adverse opiniones à Lectoribus seu expositoribus nullatenus inducantur . Super ista Constitutione glossæ non fiant , nisi forsitan per quas verbum vel verbi sensus , seu constructio , vel ipsa Constitutio quasi Grammaticaliter ad literam , vel intelligibilius exponatur . Nec intellectus ipsius per legentem depravetur in aliquo , seu distorqueatur ad aliud , quam litera ipsa sonat .

3. Et ne Sedem prædictam contra detractores hujusmodi oporteat ulterius laborare : universis & singulis , cujuscunque præminentia , conditionis , aut statutis , districte præcipimus , ne contra prædictam Regulam , & statuta fratrum prædicatorum , seu contra præmissa per nos statuta , ordinata , concessa , disposita , decreta , declarata , suppleta , approbata , & etiam confirmata dogmatizent , scribant , determinent , seu præve loquuntur , publicè vel occultè : sed si quid penes aliquem in his ambiguitatis emerserit , ad culmen prædictæ Sedis Apostolicæ deducatur : ut ex auctoritate Apostolica , sua in hoc manifestetur intentio ; cui soli concessum est , in his statuta condere , & condita declarare .

4. Glossantes verò in scriptis constitutionem ipsam aliter , quam eo modo quem diximus , Doctores insuper , & Lectores dum docent in publico , ex certa scientia , & deliberatè intellectum Constitutionis hujusmodi depravantes ; facientes quoque commentum , scripturas , seu libellos , ac ex certa scientia , & deliberatè determinantes in scholis , seu prædicantes contra prædicta , vel aliqua , seu aliquid prædicatorum (non obstantibus aliquibus privilegiis , vel indulgentiis , aut literis Apostoliceis quibuscunque dignitatibus , personis , Ordinibus , aut locis , Religiosis , vel secularibus , generaliter , vel singulariter , sub quacumque forma , ve expressione verborum concessis , quæ nolumus aliquibus in præmissis quomodolibet suffragari) excommunicationis sententia , quam nunc in ipsis proferimus , se noverint subjacere : à qua per neminem , nisi per Romanum

num Pontificem possunt absolvī. Insuper tam istos contra quos per nos excommunicationis prolata est sententia, quām alios (si qui fuerint) contra præmissa, vel eorum aliquid venientes, ad Sedis memoratæ volumus deduci notitiam: ut quos provisus modus æquitatis non arcet à vetitum, compescat rigor Apostolicæ ultionis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declaratiōnis, ordinationis, concessionis, & dispositionis, supplicationis, approbationis, confirmationis, & constitutionis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Suriani 18. Kalend. Septembr. Pontificatus nostri anno secundo.



DECLARATIO
SS. D. CLEMENTIS V.
SUPER EANDEM REGULAM FF. MINORUM.
CLEMENS EPISCOPUS

Servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Bxvi de paradiſo, dixi, rigabo hortum plantationum, ait ille cœlestis agricola. Qui vere iōns sapientia, Ve. bum Dei à Patre, in Patre manens, genitum ab æterno, novissimè diebus istis, fabricante Sp̄itu S. in utero Virginis, caro factum, exiit homo ad o. us arduum redēptionis humani generis perāendum, exemplar sequendūm cœlestis vitæ, prabens hominibus sem̄tiplum. Verū quia plerumque mortalis vitæ sollicitudinibus pressu homo, mentis aspectum ab exemplaris hujusmodi intuitu divertebat, verus noster Salomon in solo militantis Ecclesiæ hortum voluptatis inter cæteros quandam fecit, à procellosis mundi fluctibus elongatum, in quo quietius, ac securius vacaretur contemplandis observandi que hujusmodi operibus exemplaris. In hunc intravit ipse, ut rigaret ipsum secundis aquis spiritualis gratiæ, & doctrinæ. Hic hortus siquidem est fratrum Minorum sancta Religio: quæ muris regularis observantia firmiter undique circumclusa, intra se solo contenta Deo, adornatur abunde novellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei Filius, mortificantis pœnitentia myrrham metit cum aromatibus, quæ suavitate mira universis odorem attrahentis sanctimoniaz circumfundunt. Hæc est illa cœlestis vitæ forma & Regula, quam descriptis ille Confessor Christi eximus S. Franciscus, ac servandum à suis filiis verbo docuit pariter & exemplo.

2. Quia vero dictæ sanctæ Regulæ professores, ac emulatores devoti, ut alumni, & veri filii tanti Patris, affectabant, sicut & ferventer affectant, ad purum, & plenum præmissam Regulam firmiter observare; attēndentes quædam quæ dubium poterant adferre sensum, in ipsius Regulæ serie contineri: pro ipsorum declaracione habenda recurrerunt prudenter olim ad apicem Apostolicæ dignitatis, ut certificati per ipsam, cur-
jus

ius pedibus etiam per ipsam Regulam sunt subiecti; possent Domino, pulsis cunctis dubiis, cum plena claritate conscientiae defervire. Horum autem pis, ac justis supplicationibus plures praecessores nostri Romani Pontifices successivè, sicut dignum erat, applicantes aures, & animum, declaraverunt ea quæ dubia videbantur: ediderunt nonnulla, & aliqua concesserunt, sicut expedire, videbant Fratrum conscientiae, ac puræ observantiae hujus statu. Verum quia plerumque ubi culpa non est, eam timere solent conscientiae timoratae, quæ in via Dei quodcumque devium expavescunt; non sunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omnium Fratrum conscientiae quietatae, quin circa aliqua ad Regulam, ipsorumque statum pertinentia dubitationum in ipsis fluctus aliqui generentur & oriuntur, sicut ad aures nostras pluries, & de quam pluribus, in publicis, & privatis consistoriis est perlatum. Quapropter per ipsos Fratres nobis extitit humiliter supplicatum, quatenus praedictis dubiis quæ occurrunt, & quæ possunt occurrere in futurum, adhibere opportuna declarationis remedia de benignitate Sedis Apostolice curaremus.

3. Nos igitur, cuius animus ab ætate tenera, pia devotio effervuit ad hujusmodi professores Regulæ, & ad Ordinem ipsum totum, nunc autem ex communica cura pastoralis regiminis quam immeriti sustinemus, ad ipsos sovendos dulcius, & attentiùs gratiosis favoribus prosequendos, tanto provocamus ardentius, quanto frequentius intenta mente revolvimus fructus uberes, quos ex eorum exemplari vita, & salutari doctrina, toti universalì Ecclesiæ continuè cernimus provenire; tam pia suppli- cantium intentione coimmoti, ad peragendum diligenter quod pertinet, studia nostra duximus convertenda, ipsaque dubia per plures Archiepiscopos, & Episcopos, & in Theologia Magistros, & alios literatos, providos, & dicretos, examinari fecimus diligenter.

De observatione præceptorum ac consiliorum Evangelicorum.

C A P U T I.

1. **C**um igitur in primis ex eo quod in dicta Regula principio habetur, Regula & vita Minorum fratrum bac est, scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum Evangelium observare, in obedientia vivendo, sine proprio, & in castitate: Item infra, Finito vero anno probationis, recipientur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper, & Regulam observare: Item circa finem Regulæ, Paupertatem & humilitatem, & sanctum Evangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter proximissimum, observemus: suichælicatum, an-

fratres ejusdem Ordinis ad omnia tam præcepta quam consilia Evangelii ex professione suæ Regulæ teneantur; quibusdam dicentibus quod ad omnia, aliis autem afferentibus, quod ad sola illa tria consilia, videlicet vivere in obedientia, in castitate, & sine proprio, & ad ea quæ sub verbis obligatoriis ponuntur in Regula, obligantur. Nos circa hunc articulum Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, ipsumque articulum, quoad aliquid clarius prosequentes, dictæ hæsitationi duximus respondendum: quod cum votum determinatum cuiuslibet habeat cadere sub certo; votens Regulam non potest dici teneri ex vi voti hujusmodi ad ea consilia Evangelica quæ in Regula non ponuntur. Et quidem B. Francisci conditoris Regulæ hæc probatur fuisse intentio, ex hoc quod quædam Evangelica consilia in Regula posuit, aliis prætermisssis. Si enim per illud verbum, *Regula & vita Minorum Fratrum haec est, &c.* intendisset eos ad omnia consilia Evangelica obligare, superflue & nugatoriæ quædam eorum, suppressis ceteris, in Regula expressisset.

2. Cum autem natura termini restrictivi hoc habeat, quod sic excludit ab ipso extranea, quod cuncta ad ipsum pertinentia includit: declaramus & dicimus, quod dicti fratres non solum ad illa tria vota nudè, & absolutè accepta ex Professione suæ Regulæ obligantur, sed etiam tenentur ad ea omnia adimplenda, quæ sunt pertinentia ad hæc tria prædicta quæ Regula ipsa ponit. Nam si ad hæc tria prædicta tantum præcisè, & nudè promittentes servare Regulam, vivendo in obedientia sine proprio, & in castitate; & non etiam ad omnia contenta in Regula, quæ hæc tria modificant ardentur; pro nihilo, & vanè proferrentur hæc verba. Promitto semper hanc Regulam observare; ex quo ex verbis aulla obligatio nasceretur. Nec tamen putandum est, quod beatus Franciscus professores hujus Regulæ quantum ad omnia contenta in Regula modificantia tria vota, seu ad alia in ipsa expressa, intenderit æqualiter esse obligatos: quin potius aperte discernit, quod quoad quædam ipsorum ex vi voti transgressio est mortalis, & quoad quædam alia non: cum ad quædam ipsorum verbum apponat præcepti, vel æquipollentis eidem; & quoad alia, verbis aliis sit contentus.

De iis, quæ æquipollent præcepto.

3. **I**tem quia præter ea, quæ expresse verbo præcepti, ac exhortationis seu monitionis ponuntur in Regula: nonnulla, verbo imperativi modi negativè, vel affirmativè apposito, inseruntur: hactenus exti-

exitit dubitatum. An teneantur ad ista, ut ad habentia vim præcepti. Et quia, ut intelleximus, non minuitur hoc dubium, sed augetur, ex eo quod felicis recordationis Nicolaus Papa III. prædecessor noster noscitur declarasse, quod Fratres ipsi ex professione suæ Regulæ sunt adstricti ad ea consilia Evangelica, quæ in ipsa Regula præceptorie vel inhibitorie, seu sub verbis æquipollentibus exprimuntur, & nihilominus ad eorum omnium observantiam, quæ ipsis in eadem Regula sub verbis obligatoriis indicuntur, supplicaverunt prædicti Fratres, ut ad eorum conscientias serenandas, declarare, quæ horum censeri debeant præceptis æquipollentia ac obligatoria, dignaremur.

4. Nos itaque, qui in sinceras horum conscientias delectamur, attentes, quod in his quæ animæ salutem respiciunt, ad vitandos graves remorsus conscientiae consulte pars securior est tenenda: dicimus, quod licet Fratres non ad omnium quæ sub verbis imperativi modi ponuntur in Regula, sicut ad præceptorum, seu præceptis æquipollentium observantiam teneantur: expedit tamen Fratribus ipsis ad observandam puritatem Regulæ & rigorem, quod ad ea, sicut ad æquipollentia præceptis se noverint obligatos, quæ hic inferius annotantur.

5. Ut autem hæc quæ videri possunt æquipollentia præceptis ex vi verbis, vel saltē ratione materiæ, de qua agitur, seu ex utroque, sub compendio habeantur: declaramus, quod illud quod ponitur in Regula:

De non habendo plures tunicas quam unam cum caputio, & aliam sine caputio. Item

De non portandis calceamentis, & de non equitando extra casum necessitatis. Item

Quod fratres vilibus induintur. Item

Quod jejunare a festo Omnis Sanctorum usque ad Natalem Domini, & in Ferviis Sextis teneantur. Item

Quod Clerici faciant Divinum Officium secundum ordinem S. Romanae Ecclesie. Item

Quod Ministri & Custodes pro necessitatibus infirmorum, & Fratribus induendis sollicitam curam gerant. Item

Quod si quis Fratrum in infirmitatem ceciderit, alii Fratres debent ei servire. Item

Quod Fratres non predicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum. Item

Quod

Quod nullus andeat praedicare populo, nisi a Generali Ministro, vel aliis, quibus secundum declarationem predictam id competit, fuerit examinatus & approbatus, & ad hoc institutus. Item.

Quod fratres qui cognoscerent se non posse praemissae Regulam spiritu aliter observare, debeant & possint ad suos Ministros recurrere.

Item.

Quod omnia quæ ponuntur in Regula, ad formam habitus tam novitorum, quam etiam Professorum, nec non ad receptionis modum, ac Professionem spectantia, nisi recipientibus quoad habitum novitorum, sicut dicit Regula, secundum Deum aliter videatur; Hæc, inquam, omnia sunt à Fratribus tanquam obligatoria servanda.

Item.

Ordo communiter sentit, tenet, & tenuit ab antiquo, quod ubique ponitur in Regula hoc vocabulum, teneantur, obtinet vim præcepti, & observari debet à Fratribus sicut tale.

An liceat Fratribus recipere aliquid de bonis ingredientium Ordinem.

C A P U T II.

1. Cæterum quia Christi Confessor prædictus agendorum, ac servandorum circa recipiendos ad Ordinem, Ministris & Fratribus modum præbens dixit in Regula, quod caveant Fratres, & eorum Ministri ne sint solliciti de rebus suis temporalibus, ut libere faciant de eis, quidquid ipsis a Domino fuerit inspiratum: licentiam tamen habeant ipsi Ministri, mittendi eos ad aliquos Deum timentes, si consilium requiratur, quorum consilio sua bona pauperibus erogentur, dubitaverunt, & dubitant multi Fratru. An liceat ipsis de bonis ingredientium quidquam recipere, si donetur. Et si ad dandum personis & conventibus possint eos inducere sine culpa. Si etiam ad disponendum de distributione rerum talium debeant ipsi Ministri seu fratres dare consilium, ubi ad consulendum alii quam ex ipsis ad quos ingressuri mittantur, possint idonei inveniri. Nos autem considerantes attentè, intendisse sanctum Franciscum suæ Regule professeores, quos fundaverat in maxima paupertate, ab affectu temporalium rerum ipsorum ingredientium, per dicta verba, specialiter, & totaliter elongare; ut quatum est ex parte Fratrum ipsorum receptio ad Ordinem sancta, & purissima appareret; & ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, sed ad ipsos tantum Divino officio mancipandos: dicimus,

cimus, omnino debere tam Ministros, quam Fratres, cæteros à dictis inductionibus ad sibi dandum, & fvasionibus, necnon & à dandis circa distributionem consiliis abstinere; cum pro hoc ad timentes Deum, status alterius mitti debeant, non ad Fratres, ut verè cunctis pareant esse tam salubris instituti paterni zelatores, studiosi, seduli, & perfecti.

2. Cum vero facere de rebus suis, quod Dominus inspirabit; ipsa Regula ingredientibus liberum esse velit: non videtur quin liceat eis recipere, consideratis scilicet eorum necessitatibus, & moderaminibus declarationis jam dictæ, si quid de bonis suis intrans, sicut & ceteris pauperibus per modum eleemosynæ, liberè velit dare. Cavere tamen in acceptione oblatorum talium decet Fratres, ne ex receptorum quantitate notabili, præsumi possit sinister oculus contra ipsos.

De Fratrum vestimentis, & eorum vilitate.

C A P U T III.

1. Præterea cum dicatur in Regula, quod illi qui jam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, qui habere voluerint. Item quod Fratres omnes vestimentis vilibus induantur; nosque declaramus, predicta veiba æquipollere præceptis: volentes hæc determinari pleniū, dicimus, quantum ad numerum tunicarum, quod pluribus uti non licet, nisi in necessitatibus quæ haberi possunt ex Regula, secundum quod hunc passum memoratus Prædecessor noster pleniū declaravit.

2. Vilitatem autem vestium, tam habitus, quam interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quæ secundum consuetudinem, vel conditionem patriæ debeat, quantum ad colorem panni, & pretium, vilitas merito reputari. Non enim quoad regiones omnes potest determinatus unus modus in talibus assignari. Hujusmodi etiam vilitatis iudicium Ministris, & Custodibus, seu Guardianis duximus committendum, eorum super hoc conscientias onerantes; ita tamen quod servent in vestibus vilitatem.

De calceamentis.

3. Quorum etiam Ministrorum, Custodum, & Guardianorum iudicio eodem modo relinquimus, pro qua necessitate possint ipsi fratres calceamenta portare,

De jejunii.

4. Deinde cùm duobus temporibus annotatis in Regula , scilicet, à *Fœto Omniaum Sanctorum usque ad Nativitatem Domini* , & maximè Quadragesimæ , in quibus jejunare tenentur , inseratur in eadem Regula , *alris temporibus non teneantur , nisi sexta Feria jejunare* , & ex hoc voluerint aliqui dicere , quòd dicti Ordinis Fratres non teneantur , nisi ex condecoratione ad alia jejunia , quàm ad ista : declaramus debere intelligi , eos non teneri ad jejunium aliis temporibus , præterquam in jejunis ab Ecclesia constitutis . Non est enim verisimile , quòd vel institutor Regulæ , vel etiam Confirmator absolvere ipsos intenderit à servandis illis jejunis , ad quæ de communi Statuto Ecclesiæ obligantur cæteri Christiani .

De observatione præcepti non recipiendi pecuniam.

C A P U T IV.

1. **P**orro cùm dictus Sanctus volens fratres suos super omnia à de-
nariis seu pecunia esse totaliter alienos , præcepit firmiter fra-
tribus universis , ut nullo modo denarios vel pecuniam recipient , per se
vel per interpositam personam : istumque articulum declarans idem præ-
decessor noster , casus & modos posuerit , quibus servatis à fratribus , non
possunt dici nec debent , per se vel per alium pecuniæ receptores contra
Regulam , vel sui Ordinis puritatem : dicimus fratres teneri cavere sum-
moperè quòd pro aliis causis seu sub modis aliis quàm ponit dicti præde-
cessoris nostri declaratio , ad dantes pecunias sive deputatos nuncios non
recurrant ; ne , si secus ab ipsis attentatum fuerit , transgressores præce-
pti & Regulæ , meritò dici possint . Nam ubi aliquid alicui generaliter pro-
hibetur , quod expressè non conceditur , intelligitur denegatum .

2. Quocirca quaestus omnis pecuniæ , ac oblationum pecuniarum re-
ceptio ; in Ecclesiis vel alibi cippi , seu trunci ordinati ad offendentium , seu
donantium pecunias reponendas , necnon quicunque recursus alius ad
pecunias , seu habentes ipsas , qui per declarationem prædictam non con-
ceditur , hæc , inquam , omnia sunt eis simpliciter interdicta .

3. Cùm etiam recursus ad amicos spirituales expressè tantum in duo-
bus casibus secundum Regulam concedatur , videlicet , pro necessitatibus
infirmorum , & Fratribus induendis , idque piè & rationabiliter , consi-
derata necessitate vitæ humanæ , ad alias necessitates Fratrum pro tem-
pore occurrentes , (cessantibus eleemosynis) seu etiam ingruentes , sa-
pè di-

pè dictus Prædecessor duxerit extendendum: attendant Fratres præfati, quòd pro nullis causis aliis, quām prædictis, vel similibus, in via, vel alibi recurrere liceat eis ad amicos hujusmodi, sive sint dantes pecunias, sive deputati per ipsos, sive nuntii; vel depositarii, seu alio quovis nomine appellantur, etiam si concessi per eandem declarationem modi, circa pecuniā integrè servarentur.

4. Denique cùm idem Confessor summè affectaverit suæ Regulæ professores totaliter esse abstractos ab affectu & desiderio terrenorum, & specialiter à pecunia & ejus usu totaliter expertes, sicut probat prohibitiō de recipienda pecunia, in Regula sèpius repetita; curare fratres vigilanter necesse est, quòd cùm ex causis prædictis & modis ad habentes pecunias deputatas pro ipsis necessitatibus recurrere oportebit; ad tenentes ipsis, quicunque sibi fuerint, principales vel nuntii, in omnibus sic se gerant, quòd se cunctis ostendant in dictis pecuniis, sicut nec habent, penitus nūl habere.

5. Quapropter præcipere, quomodo, & qualiter pecunia expendatur: computumque exigere de expensa, eam quomodocumque repetere sive deponere, aut deponi facere; capsulam pecuniax, vel ejus clavem deferre: hos actus, & consimiles sibi Fratres illicitos esse sciant. Prædicta enim facere, ad solos Dominos pertinet qui dederunt, & eos, quos ipsi deputaverunt ad hoc ipsum.

De expropriatione Fratrum.

C A P U T V.

1. **P**roinde cùm vir sanctus paupertatis præmissæ in Regula modum exprimens, dixerit in eadem: *Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tanquam peregrini, & adveni in hoc seculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter;* sicque declaratum extitit per nonnullos Prædecessores nostros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tam in speciali, quām etiam in communi; propter quod, & rerum omnium concessarum, oblatarum, & donatarum Fratribus, (quas & quarum usum, facti scilicet Ordini, vel ipsis Fratribus licet habere) proprietatem & dominium in se, & Romanam Ecclesiam receperunt, dimisso ipsis Fratribus in eis tantummodo usu facti simplicis: ad nostrum fuerunt deducta examen, quæ in Ordine fieri dicebantur, & videbantur prædicto votō, & puritati Ordinis repugnare, videlicet, ut ea prosequamur ex ipsis, quæ remedio credimus indigere.

O 2

2. Quòd

2. Quod se institui hæredes non solum sustinent, sed procurant.

Item quod redditus annuos recipient interdum in tam notabili quantitate, quod conventus habentes totaliter inde vivant.

Item quod cum ipsorum negotia etiam pro rebus temporalibus in curiis agitantur, assistunt Advocatis & Procuratoribus, & ad instigandum eosdem se ibidem personaliter repræsentant.

Item quod executiones ultimarum voluntatum suscipiunt & gerunt, sequé intromittunt quandóque de usurarum & malè oblatorum dispositionibus seu restitutionibus faciendis.

Item, quod alicubi non solum excessivo hortos, sed etiam vineas magnas habent: de quibus tam de oleribus, quam de vino multum colligitur ad vendendum.

Item quod temporibus messium & vindemiarum, sic copiosè granum & vinum mendicando vel aliunde emendo colliguntur a fratribus, & in cellariis ac granariis reconduntur; quod per anni residuum & absque eorum mendicatione possunt transigere vitam suam.

Item, quod Ecclesiæ vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate, & curiositate figuræ & formæ, ac sumptuositate notabiliter excessiva, sic quod non videntur habitacula pauperum, sed magnatum.

Paramenta etiam Ecclesiastica in plerisque locis tam multa habent, & tam notabiliter pretiosa, quod excedunt in his magnas Ecclesiæ Cathedrales.

Equos insuper & arma eis oblata in funeralibus recipient indistincte.

Tamen communitas fratrum, & specialiter Rectores ipsius Ordinis assertebant, quod prædicta seu plura ex ipsis in Ordine non fiebant. Quod & si qui reperiuntur rei in talibus, rigidè puniuntur, nec non contra talia ne fiant, sunt facta pluries ab antiquo statuta in Ordine multum stricta.

De hereditatibus non acceptandis.

C A P U T VI.

1. **C**upientes igitur nos ipsorum Fratrum providere conscientijs, & cuncta dubia, quantum possibile nobis est, de ipsorum peccatoribus removere: ad prædicta modò, qui sequitur respondemus. Cum enim ad veritatem viræ pertineat, ut id, quod exterius agitur, interiorum mentis dispositionem, & habitum repræsentet: necesse habent Fratres, qui se expropriatione tanta à temporalibus abstraxerunt, ab omni eo

eo quod dictæ expropriationi esset , vel posset videri contrarium , abstinerere. Quia igitur in successionibus transit , non solum usus rei , & dominium suo tempore in hæredes. Fratres autem præfati nihil sibi in speciali acquirere vel eorum Ordini possint etiam in communione: declarando dicimus , quod successionum hujusmodi , quæ etiam indifferenter ex sui natura ad pecuniam , & etiam ad alia mobilia , & immobilia se extendunt (considerata sui puritate voti) nullatenus sunt capaces.

2. Nec licet eis valorem hæreditatum talium , vel tantam earum partem , quod presumi posset hoc in fraudem fieri , quasi sub modo & forma Legati dimitti sibi facere , vel sic dimissa recipere : quin potius ista sic fieri ab ipsis , simpliciter prohibemus.

Reddituum receptio prohibita.

3. Cùmque anni redditus inter immobilia censeantur à jure , ac hujusmodi redditus obtinere paupertati & mendicitati repugnet : nulla dubitatio est , quod prædictis fratribus , redditus quoescunque , sicut & possessiones , vel etiam eorum usum , cùm eis non reperiatur concessus , recipere vel habere , conditione ipsorum considerata , non licet.

De non assistendo in curiis , aut litibus.

C A P U T VII.

1. **A**MPLIUS cùm non solum quod malum esse dignoscitur , sed omnino , quod specimen habet mali , sit à viris perfectis specialiter evitandum , ex talibus autem assistentiis in curiis , & instigationibus , cùm de rebus agitur in ipsorum commoda convertendis , creduntur , verisimiliter ex his , quæ foris patent (de quibus habent homines judicare) in ipsis rebus Fratres assistentes aliquid querere tanquam suum : nullò modò debent hujusmodi viri , & Regulæ Professores se talibus curis , & litigiosis actibus immiscere , ut & testimonium habeant ab his , qui foris sunt , & puritati satisfaciant voti sui , & evitetur per hoc scandalum proximorum..

Non acceptandæ Testamentorum Executiones.

2. Verum etiam cùm dicti Ordinis fratres non solum à receptione , proprietate , dominio , sive usu , ipsius pecunia ; verum etiam à contrectatione qualibet ipsius , & ab ea sint penitus alieni , quemadmodū sèpè dictus prædecessor noster in declaratione hujus Regulæ planè dixit ; cùmque dicti Ordinis professores possint pro nulla re temporali in judicio ex-

periti: predictis fratribus non licet, nec competit: quin potius, considerata sui puritate statu, debent sibi scire interdictum, quod hujusmodi executionibus & dispositionibus se exponant; cum haec, ut saepius, absque litigio & contradictione vel administratione pecuniae nequeant expedi. Verumtamen in his exequendis, dare consilium, ipsorum statui non obstat; cum ex hoc ipsis circa bona temporalia nulla jurisdiction, sive actio in judicio, sive dispensatio tribuatur.

Non habendi, aut acceptandi horti superflui.

C A P U T VIII.

1. **L**icet verò non solum sit licitum, sed & multum conveniens rationi, quod Fratres, qui in laboribus spiritualibus orationis & studii sedulò occupantur, hortos & areas habeant competentes, ad recollectionem vel recreationem sui, & interdum ad se ipsis post labores hujusmodi corporaliter deducendos, nec non ad habenda necessaria hortalitia pro se ipsis; habere tamen hortos aliquos ut colantur, ac olera, & alia hortalitia pretio distrahantur; nec non & vineas, repugnat suæ Regulæ, & Ordinis puritati, secundum quod dictus Prædecessor noster declaravit, ac etiam ordinavit, quod si talia ad usum proximè dictos, ut puta agrum, vel vineam ad colendum, & consimilia Fratribus legarentur, per omnem modum Fratres à receptione talium abstinerent: cum etiam præmissa habere, ut pretium fructuum suis temporibus habeatur ad naturam, & formam proventum appropinquet.

Non habenda granaria aut cellaria sine evidenti necessitate.

C A P U T IX.

1. **R**ursus cum prædictus Sanctus, tam exemplis vitae, quam verbis Regulæ, ostenderit, se velle quod fratres sui & filii, divinae providentiae innitentes, suos in Deum jacerent cogitatus, qui volucres cœli pascit, quæ non congregant in horrea, nec seminant nec metunt: non est verisimile voluisse ipsum eos habere granaria vel cellaria, ubi sine quotidianis mendicationibus deberent sperare posse transigere vitam suam. Et idcirco non extimore leví laxare se debent ad congregations, & conservations hujusmodi faciendas: sed tunc tantum, cum esset multum credibile ex jam expertis, quod non possent vite necessaria aliter invenire. Hoc autem Ministrorum & Custodum simul & separatim in suis administrationibus & custodiis (cum Guardiani, & duorum de Conventu Discretorum Sacerdotum, & antiquorum in Ordine fratrum consilio &

assensu) duximus iudicio relinquendum: eorum super hoc specialiter conscientias onerantes.

Non ædificanda aut admittenda ædificia sumptuosa.

C A P U T X.

1. **H**inc est etiam quod cùm Vir Sanctus Fratres suos in pauperitate summa, & humilitate fundare voluerit, quoad affectum pariter, & effectum sicut ferè tota Regula clamat: convenient ipsis, quod nullò modò deinceps fieri faciant, vel fieri sustineant Ecclesias, vel alia quæcunque ædificia, quæ, consideratò Fratrum inhabitantium numerò excessiva in multitudine, & magnitudine debeant reputari. Ideoque volumus, quod ubique in suo Ordine deinceps temperatis, & humilibus ædificiis sint contenti, ne huic tantæ paupertati promissa, quod patet oculis, contrarium foris claret.

Non habenda vasa, aut paramenta Ecclesiastica excessiva.

2. Quamvis etiam paramenta, & vasa Ecclesiastica ad honorem Divini nominis ordinentur, propter quem omnia fecit ipse Deus, tamen qui absconditorum est cognitor, ad animum sibi ministrantium respicit principaliter, non ad manum; nec per illa sibi vult serviri, quæ suorum servitorum conditioni, & statui dissonarent. Quapropter sufficere debent eis vasa, & paramenta Ecclesiastica decentia, in numero, & magnitudine sufficientia competenter. Superfluitas autem, aut nimia pretiositas, vel quæcumque curiositas, in his seu aliis quibuscumque, non potest ipsorum professioni vel statui convenire. Cùm enim hæc sapient thesaurizationem, seu copiam, paupertati tanquam, quo ad humanum iudicium, derogant manifestè. Quapropter promissa servari à Fratribus volumus, & mandamus.

Quid agendum de equorum, & similium oblationibus.

3. Circa equorum verò, & armorum oblationes, illud decernimus in omnibus, & per omnia observandum, quod per declarationem prædictam in pecuniariis noscitur eleemosynis definitum.

Ad quem usum arctum teneantur fratres ex Regula.

C A P U T XI.

1. **E**xprædictis autem succrevit non parum scrupulosa quæstio inter fratres, videlicet: Utrum ex lute profissione Regulæ obligentur ad arctum & tenuem sive pauperem usum rerum: quibusdam ex ipsis

ipsis credentibus & dicentibus, quod sicut quoad dominium rerum habent ex voto abdicationem arctissimam, ita ipsis quoad usum arctitudo maxima & exilias est indicta; aliis in contrarium afferentibus, quod ex professione sua ad nullum usum pauperem, qui non exprimatur in Regula, obligantur: licet teneantur ad usum moderatum temperantie, sicut & magis ex condecenti, quam ceteri Christiani. Volentes itaque conscientiarum praedictorum fratrum providere quieti, & his alterationibus finem dare: Declarando dicimus, quod fratres Minores ex professione suae Regulae specialiter obligantur ad arctos usus seu pauperes, qui in ipso rum Regula continentur; & eo obligationis modo, sub quo continet seu ponit Regula dictos usus.

2. Dicere autem, sicut aliqui afferere perhibentur, quod haereticum sit tenere, usum pauperem includi, vel non includi sub voto Evangelii ex paupertatis, presumptuosum, & temerarium judicamus.

De electione, & confirmatione Ministrorum Provincialium.

C A P U T XII.

1. **D**Emum quia ex eo quod dicta Regula, per quos & ubi fieri debeat Ministri Generalis electio, tradens nullam fecit de Ministrorum Provincialium electione, vel institutione penitus mentionem, oriri super hoc poterat dubitatio inter Fratres: Nos volentes posse ipsis clarè, ac securè procedere in omnibus factis suis declaramus, statuimus etiam, & ordinamus hac Constitutione in perpetuum valitura, ut, cum alicui Provinciae de Ministro fuerit providendum, ipsius Ministri electio penes Capitulum Provinciale resideat: quam idem Capitulum die sequenti, quâ fuerit congregatum, facere teneatur. Ipsius autem electionis confirmatio, ad Ministrum pertineat Generalem.

2. Et siquidem ad electionem hujusmodi per formam scrutinii procedatur, & votis in diversa divisis electiones plures in discordia celebrari contingat: illa quæ à majori parte Capituli numero (nulla zeli vel meriti collatione, aut consideratione habita) fuerit celebrata exceptione, aut contradictione quacunque alterius partis non obstante, per dictum Generalem Ministrum, de consilio Discretorum de Ordine (priùs tamen ex officio, prout spectat ad ipsum diligent examinatione præmissa) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout ei secundum Deum visum fuerit expedire. Et si fuerit infirmata, ad Capitulum Provinciale electio hujusmodi

modi revertatur. Cæterum si Capitulum memoratum die prædicta Ministrum eligere prætermittat, ex tunc Ministri Provincialis provisio ad Generalem Ministrum liberè devolvatur..

3. Verum si Ministro prædicto, & Capitulo Generalibus, ex certa, manifesta, ac rationabili causa videretur aliquando in Provinciis Ultramarinis; Hyberniæ Græciæ, seu Romanæ (in quibus haçtenus alius providendi modus dicitur ex causa certa, & rationabili fuisse servatus) expedire, Ministrum Provincialem, per Ministrum Generalem cum proborum Ordinis consilio, potius quam per Capituli prædicti electionem præfici; in Provinciis Hyberniæ, & Ultramarinis irrefragabiliter; in Roma na verò vel Græcia, quando Minister dictæ Provinciæ moreretur, vel absolveretur circa mare, illa vice servetur absque dolo, partialitate, & fraude (super quo eorum conscientias oneramus) quod super hoc dictus Minister cum dictorum proborum consilio duxerit ordinandum. In destitutione verò dictorum Ministrorum Provincialium servari volumus, quod super hoc haçtenus de ipso Ordine extiterit observatum..

4. Cæterum si contingere eosdem Ministro Generali carere, per Vicarium Ordinis fiat super hoc, quod faciendum fuerit per eundem Ministrum, usque quod provisum fuerit de Generali Ministro.

5. Porro si quid de hujusmodi Ministro Provinciali secùs attentari forte contigerit, illud ipsò factō sit irritum, & inane.

6. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationum, dictorum, commissionis, responsionis, prohibitionis, ordinationis, mandati, constitutionum, indicationum, & voluntatum infringere, vel ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attente re præsumperit; indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum..

Datum Viennæ, pridie Nonas Maii.
Pontificatus nostri, Anno 7.

C O N S T I T U T I O
SS. D. INNOCENTII XI.
D E C L A R A T I V A.
R E G U L Æ F R A T R U M M I N O R U M .
INNOCENTIUS PAPA XI.
Ad perpetuam rei memoriam.

S Olicitudo Pastoralis officii, quô Catholicæ Ecclesiæ, per Universum Orbem diffusæ regimini, divina dispositione, præsidemus, Nos urget, atque impellit, ut religiosorum Virorum Ordines, & Omnipotentis Dei gloriam, & Animarum salutem, sapienti pietate, ab hac Sancta Sede institutos, magnisque, in Ecclesiam Dei, meritis fulgentes, in sanctis, & primævis eorum Institutis, confovere, & conservare, ac à noxiis, quæ primigeniæ religiositatis spiritum, atque vigorem extingvere, & relaxare possent, tueri, & præmuovere, felicibusque illorum, in via mandatorum Domini, progressibus consulere, quantum Nobis ex alto conceditur, studeamus. Cùm itaque (sicut accepimus) in pluribus Capitulis Generalibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, de Observantia nuncupatorum, & novissime in Vallisoletano, quod Anno M. D. C. LXX. celebratum suit, unanimi omnium Fratrum vocalium consensu, declaratum, & protestatum fuerit, in nullo Regulæ eorumdem Fratrum Minorum præcepto, eatenus, cum Fratribus Minoribus, de Corpore Observantiae, sive Observantes, sive Reformati, sive Discalceati, sive Recollecti dicantur, dispensatum fuisse, nec ipsum Observantiae Corpus, ullam unquam admisisse, vel admittere dispensationem in Regula, sed potius velle pro viribus, divinō favente auxiliō, illam purè observare, juxta Summorum Pontificum declarationes, à Fratribus Observantibus, seu de Observantia, in suis statutis generalibus, recompilatis, pro Cismontanis, Anno M. D. C. LXXXIII. & pro Ultramontanis, Anno M. D. C. XXI. & à Reformatis, Discalceatis, & Recollectis in suis particularibus Constitutionibus respectivè, admissas, & receptas. Nos,

Nos, pro majori hujus protestationis firmitate, & ut in Ordine prædicto status, & Regula Fratrum Minorum purè observetur, singulisque Fratribus prætextus eam transgrediendi præcludatur, eandem protestationem, & declarationem supra expressam, harum serie auctoritate Apostolica approbantes & confirmantes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione, nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, declaramus omnes, & singulos Fratres de corpore observantia dicti Ordinis, teneri in conscientia observare Regulam Fratrum Minorum sancti Francisci, & præcepta ejus à fel. rec. Nicolao III. & Clemente V. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris exposita, & numerata, ad formam Constitutionum prædictarum respectivè, & signanter, præter præcepta, quæ non ita frequenter occurunt, & recitationem Divini officii, teneri ad jejunia præcepta in Regula, nisi excuset necessitas; ad incedendum sine calceamentis, hoc est: absque aliquo, quod pedem cooperiat, cujuscunque illud materiæ sit, nisi adsit vera necessitas, à Prælato approbanda; ad non equitandum, nisi infirmitas, vel necessitas, judicio Superiorum probata, excuset: ad vilitatem vestium, juxta prædictas Constitutiones respectivè; ad non utendum pluribus vestimentis, quam illis, quæ Regula præscribit, nempe una tunica cum caputio, & alia sine caputio, chordâ, & femoralibus; Nam aliud quodvis vestimenti genus, ultrà prædicta (excepto mantello, ab initio Religionis licito) ut indusia, seu camisiæ, sudariola, tunicellæ, & similia, sunt contra Regulam, nisi adsit vera necessitas excusans à præcepto, per Prælatum approbata; ac demum, teneri ad capitale præceptum Religionis Fratrum Minorum, de non recipiendis denariis, per se, vel per interpositam personam. Aliarum enim rerum necessiarum possunt Fratres Minores, de corpore Observantia, hujusmodi habere usum, licet non dominium; deniorum autem, nec dominium, nec usum: Et proinde quævis contrectatio pecuniæ, seu deniorum, quæ non sit purè naturalis, seu quæ sit, quovis modo politica, cujuscumque Domini sint denarii, seu pecunia, Fratribus Minoribus Observantibus, seu de Observantia, est omnino prohibita..

Ac propterea omnes, & singulas dispensationes, concessiones, & conseruidines, si quæ, contra præmissa in corpore Observantia Ordinis prædicti reperiantur, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus earumdem, tenore præsentium revocamus, cassamus, irritamus,

mus, & annulamus, viribusque, & effectu penitus', & omnino vacuamus, ac revocatas, cassatas, irritas, & nullas, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuas esse, & perpetuo fore, decernimus, & declaramus.

Declarantes tamen pariter, quod, per præmissa, non prohibentur in dicto Ordine Syndici Apostolici, cum eorum usus non sit dispensatio in Regula, sed modus à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris provisus, pro puriori illius observatione, sive ejusmodi Syndici assumantur ad præscriptum Constitutionum Nicolai III. & Clem. V. prædecessor. prædict. sive secund. dispos. Constitut. rec. mem. Martini IV. & Martini V. ac Pauli IV. præcessorum pariter nostrorum, prout illorum usus in singulis familiis, Congregationibus, Reformationibus, aut Provinciis Ordinis prædicti respectivè fuerit receptus.

Ut autem in ingressu Religionis unusquisque, de obligationibus, quas assumere vult, plenè informetur, statuimus, ut nullus recipiatur ad habitum regularem in eodem Ordine, nisi prius plenè informatus sit de prædictis præceptis Regulæ obligantibus in conscientia, & præviâ hac notitiâ velit probationem subire; nec quisquam admittatur ad professionem regularem, nisi prius examinatus sit de intellectu Regulæ, & præceptorum ejus, juxta prædicta, & deinde immediate ante illam, coram tota communitate, fiat ei protestatio, quod ad Observantiam Regulæ cum omnibus ejus præceptis, tunc enumerandis, & exprimendis, obligetur in professione, eamque protestationem admittat, & sub ea professionem faciat.

Quia vero efficacius prædicta observandi medium, est exemplum Prælatorum, sive Superiorum, ideo statuimus pariter, neminem eligi posse in Prælatum, sive Superiorum in Ordine prædicto, qui vitam communem observantiæ non sequatur, hoc est: qui frequenter equitet, seu infirmitatem, qua obligatione pedibus incedendi excusat, habeat; qui indusis, seu camisiis, aut lineis utatur, apud se, vel in lecto, qui calceatus incedat, qui jejunia Ecclesiae, & Regulæ non observet, qui aliquando visus sit contrectare pecunias, nisi jam, per triennium saltem emendatus sit; qui notabiliter defectuosus sit in assistendo communicatis Chori, Refectorii, & aliis prout sibi in constitutionibus præscribitur.

Porrò electio illius, qui in omnibus præmissis vitam communem non sequatur, irritanda sit à Prælato, sive Superiori Generali, capta informatione extra judiciali, pro sua conscientia, sine strepitu judicii, cum consilio tamen, & assensu trium Fratrum, qui Ministri Provinciales, vel saltem

tem Diffinitores Provinciae sint, vel fuerint: Ipsorum autem conscientias, ne aut ille expellatur, qui vitam communem sequatur, aut ille confirmetur, qui eam non observet, oneramus.

Demum, ut omnis occasio transgrediendi praeceptum, de non contredicendis denariis, seu pecuniis, auferatur, omnibus, & singulis dicti Ordinis Prælatis, sive Superioribus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna privationis suorum officiorum, injungimus, ut nulli Religioso ejusdem Ordinis permittant administrationem fundorum, reddituum, aut quarumcumque aliarum rerum, & bonorum mobiliū, vel immobilium, cuiuscumque Domini illa sint: & signanter, ut nulli Religiosorum Ordinis hujusmodi permittatur administratio bonorum temporalium alicujus Monasterij Monialium, sub quovis prætextu, aut nomine, nempe administratoris, Syndici, Factoris, Coloni, Superintendentis, Villici, aut alio quovis imaginabili.


Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcunque etiam ex eo quod Superiores, & Fratres Ordinis prædicti, aliquique quilibet cujuscunque statutis, gradus, Ordinis, præminentiae, vel dignitatis existant, seu aliis specifica, & individua mentione, & expressione digni, in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætententes, illis non consenserint, seu ad ea vocati, citati, & auditii, causa que, propter quas ipsæ præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, vel capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, aut nullitatis vicio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, alióve quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defecitu, notari, impugnari, infringi, retractari, modificari, redargui, in controversiam vocari, aut ad terminos juris, seu statutorum, & constitutionum dicti Ordinis reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quocunque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu scientia, & potestatis plenitudine paribus, concessso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extrâ illud, uti, seu se juvare, ullò modō posse; sed easdem præsentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & forè, suosque plenarios, & integros

effe^{ct}us sortiri, & obtinere ea ab illis, ad quos spectat, & pro tempore
quandocunque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, &
inconcusse observari, & adimpleri; siveque, & non aliter, in præmissis
censeri, atque ita per quo^{cumque} judices ordinarios, & delegatos etiam
causarum palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de
latere Legatos & Apostolicæ Sedis Nuncios aliosve quoslibet, quacunque
præminentia, & potestate fungentes, & functuros sublata eis, & eorum
cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate
judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quo-
quam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae
Apostolicæ Regula, de jure quæsito non tollendo, aliisve Apostolicis,
ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis,
Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec
non dicti Ordinis, ejusque congregationum, Reformationum, Pro-
vinciarum, Conventuum quorumcunque, aliisque quibuslibet, etiam
juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roba-
tis, statutis, usibus, stolis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus;
privilegiis quoque, indulcis, & literis Apostolicis, eidem Ordini, ejusque
Superioribus, Fratribus, & personis quibusvis, sub quibuscunque verbo-
rum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum deroga-
toriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, irritan-
tibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia,
& potestatis plenitude paribus, ac consistorialiter, & alijs quomodolibet
in contrarium præmissorum concessis, ac quantiscunque vicibus con-
firmatis, approbatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogati-
one, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, &
individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales,
idem importantes, mentio seu quævis expressio habenda, aut aliqua alia
exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, acsi de verbo
ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, expri-
merentur, & infererentur præsentibus, pro plenè & sufficienter expressis,
& insertis habentes, illis alijs in suo robore permanuris, ad præmissorum
effectum, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, & deroga-
tum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillō personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides, ubique locorum tam in judicio, quam extrâ illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xx. Novembris M. D. C. LXXIX. Pontificatus nostri Anno quarto.



C O N S T I T U T I O SS. D. CLEMENTIS VIII. *DE L A R G I T I O N E M U N E R U M R E G U L A R I B U S* *utriusque sexus interdicta.*

C L E M E N S V I I I .

Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Religiose Congregationes, ab insigni sanctitate Viris, Spiritus Sancti afflatu institutæ, tantas Ecclesiæ Dei utilitates omni tempore attulerunt, ut ad eas conservandas, & instaurandas Romani Pontifices Prædecessores nostri, magnam jure optimo diligentiam semper adhibuerint. Nam cum ea sit rerum humanarum conditio & natura, ut etiam quæ optimè, fundata, & constituta sunt, partim hominum imbecillitate, & ad malum proclivitate, partim dæmonis astutiâ, paulatim deficiant, ac nisi cura pervigili sustententur, in deterius prolabantur. Idecò Summorum Pontificum vigilantia magnopere laboravit, ut Regularium Ordinum disciplina, aut labefactata in pristinum restituatur, aut salutaribus Constitutionibus communia, integra, atque incolumis permaneret. Quorum nos vestigis, pro eodem Officii munere insistere, & Pastoram illorum sollicitudinem (quantum possumus) Divinâ adjutrice gratia cupimus imitari.

§ I. Qua-

§ 1. **Q**uare ne ex muneribus, quæ à pluribus Religiosæ vitæ professoribus, ex Christi patrimonio quibusvis hominibus quavis ex causa sèpè tribuuntur gravia incommoda, & mala etiam, boni specie existant, præcavere studentes, hac nostra perpetuò valitura constitutione, universis & singulis ejusq[ue] Ordinis, mendicantium, vel non mendicantium bona imobilia, & redditus certos ex indulto Apostolico possidentium, vel non possidentium seu cuiusvis congregationis, societatis, & instituti, (non tamen militiæ) Regularibus perfonis utriuslibet sexūs, omnem, & quamcunque largitionem, & missionem munerum, penitus interdicimus, sub qua prohibitione, comprehendendi volumus omnia & singula Capitula, Conventus, & Congregationes, tam singulorū Conventuum, Monasteriorum, Prioratum, Præpositurarum, Præceptoriarum, Domorum, Locorumque: quām Provincialia, aut Generalia, cuiuslibet Provinciæ sive universi Ordinis, Societatis, & Instituti, eorumque vel earum Camerarios, Comissarios, & quoscunque officiales, & singulares personas, ipsos etiam Ordinum, Congregationum, & Societatum hujusmodi Superiores, quascunque dignitates obtinentes, etiam Generales, aut Provinciales, Magistros, Ministros, & quoq[ue] nomine Præfectos, nec non Conventum, Monasteriorum, Prioratum, Præpositurarum, Præceptoriarum, Domorum, & Locorum quorumcunque, Abbates, Piores, Præpositos, Præceptores, etiam majores Guardianos, Ministros, Rectores, atque Abbatissas, Priorissas, & aliò quovis titulò Præsidentes, tam ipsis Regularibus, quām locorum Ordinariis, seu quibusvis Superioribus, subjectas, utriusque sexūs ad vitam, vel ad tempus deputatos: adeò ut nemo unquam eorum vel earum directè, vel indirectè, palam vel occultè, tam communi quām particulari, & proprio nomine, etiam sub quovis statuti, vel consuetudinis, seu verius corruptelæ, aut alio prætextu, vel quacunque causa, nisi in Generali Capitulo, aut alia Generali Congregatione, re mature discussa, unanimi consensu omnium, Superiorumque permisso causa approbata fuerit, quicquam tale attentare valeat.

§ 2. **I**néque omnino fas sit quicquam donare, tam ex fructibus, redditibus, & proventibus, collectis vel contributionibus, aut obligationibus sive eleemosynis, subsidiis certis, vel incertis, ordinariis, seu extraordinariis, mensæ seu massæ communis, seu cuiusvis fabricæ, ut Sacristiæ, quo-

quorum bona communiter , ut præfertur , administrantur , seu quæ rationibus reddendis sunt obnoxia , quam ex pecuniis etiam , quæ à singulis quovis modo acquisitæ , in commune conferendæ omnino sunt . Nec si per viam voluntariae contributionis in commune congerantur . Nec si forsitan privatim , & nominatim cuilibet Religioso , à suis Superioribus , vel à propriis affinibus , propinquis , familiaribus , amicis , aut benevolis , vel à piis Christi fidelibus , etiam eleemosynæ , aut charitatis , & illius propriæ personæ intuitu attributæ , seu quoquomodo per quemlibet religiosum , suo Monasterio , Domui , aut Loco acquisitæ , eique ut ad libitum de eis disponat , per Superiores concessæ fuerint ; præterquam leviora esculenta , aut poculenta , seu ad devotionem , vel Religionem pertinentia munuscula , communi tantum , nunquam verò particulari nomine (ubi de consensu Superiori Conventus videbitur) tradenda .

§ 3. **S** Ed & hujusmodi missiones munerum ipsis Religiosis utriuslibet sexus , non solum per se , verum etiam per alios , tam directè , quam indirectè , prohibitas declaramus .

§ 4. **N**eque verò quispiam ab hac generali prohibitione se excusat re valeat , etiamsi munera miserit cuivis personæ Laicæ , vel Ecclesiastice cuiuscunque statûs , gradûs , dignitatis , Ordinis , vel conditionis , & quavis non solum mundana , & Ducali , Regia , Imperiali , verum etiam Ecclesiastica , ut Pontificali , aut alia majori etiam S. R. Ecclesiæ Cardinalatus dignitate fulgenti etiam proprio loci Ordinario , etiam ex causa , & occasione benedictionis , vel susceptionis habitus Regularis , tonsuræ , aut Professionis Monialium , tam sibi subditarum , quam non subditarum , aut ipsi etiam proprio Ordinis , vel Congregationis Protectori , Vice Protectori , Generali , vel Provinciali , aut cuiusvis Monasterii , Prioratus , domus , aut cuiuslibet alterius loci Regularis Superiori , aut aliò quoconque officiò , munere , aut dignitate fulgenti , vel cuiuscunque etiam simplici , & particulari Religioso . Ita , ut inter ipsos quoque Religiosos (ne prava ambitione impulsi , pro consequendis in sua Religione gradibus , & dignitatibus , alter alterius gratiam , aut benevolentiam aucepatur) quæcunque largitio , aut donatio munerum (nisi rerum animarum de licentia expressa , & in scriptis Superiorum) sit penitus interdicta .

§ 5. **I**nsuper prohibemus , ne unquam eidem Regularibus , liceat ullas pecunias quoquomodo erogare , in alicujus etiam Benefactoris , Protectoris , vel Ordinarii honorem , etiam occasione transitus ,

vel primi ingressus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, grati-
que animi testificationem, seu pro prædictis personis, quavis auctorita-
te, vel dignitate fulgentibus, honorifice, laute, & opipare excipiendis,
seu pro quibusvis conviviis eisdem, aut cuivis alteri, quaenamque occasi-
one, vel causa exhibendis, vel pro commissationibus, aut compocati-
onibus quibusvis personis, tam ejusdem Ordinis, Congregationis, Mo-
nasterii, domus, aut loci, quam extraneis largiendis, aut pro exhiben-
dis spectaculis, etiam piis intra Ecclesiis, Monasteria, & domos sacras seu
pias, vele extra eas, in quibusvis publicis, aut privatis Sacris, aut profanis
locis, etiam ubi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res pie gestae, etiam
in memoriam Passionis Dominicæ, populis spectandæ proponuntur, aut
aliás in prædictis sive in quibusvis supervacancis rebus, ad pompam, &
ostentationem, aut ad oblationem, vel paucorum lucrum, & privata
commoda quomodolibet pertinentibus. Nisi re ipsa pro Divino cultu, ve-
ris Christi pauperum indigentiis, servato in hoc charitatis ordine, & ha-
bita necessitatis ratione, de consilio, & consensu Superiorum sublevan-
dis; aut aliás in rebus licitis, & per Capitulum Generale, vel Provinciale,
non prohibitis, vel taxam ibi forsitan præscriptam, non excedentibus,
sumptus hujusmodi fiant.

§ 6. **D**eclarantes tamen, per hanc laudabilem & Apostolicam do-
ctrinam sacrisque Canonibus commendatam hospitalita-
tem, præsertim erga pauperes, & peregrinos nequaquam immisui, aut
prohiberi. Quinimò si qui redditus ad id, vel ex fundatione, vel ex insti-
tutis, statutis, aut consuetudinibus, aliquorum Monasteriorum, Ordi-
num, aut Regularium hujusmodi locorum, aut ex testatorum, vel donati-
vorum voluntatibus, sive alias applicati aut donati sunt, eos omnino (ut de-
cer) integrè in usus pios hospitalitatis hujusmodi erogandos esse, & præ-
sertim in Monasteriis seu locis desertis, & ab Laicorum ædibus longius
remotis, ubi tamen pauperum, & verò egenorum ratio imprimis habe-
atur.

§ 7. **S**i quos verò ditiones occasione transitus sive alias ex devotio-
nis, aut necessitatis causa eo divertere contigerit, eos sanè
deceret refectorio communi cum Religiosis, mensaque & ferculis com-
munitibus, nequaquam à ceteris distinctis contentos esse, verùm omni-
no ipsi Regulares, in hospitibus hujusmodi potentioribus excipiendis ita
se gerant, ut in eis frugalitas, & paupertas Religiosa proorsus eluceat.

§ 8. **P**ari etiam ratione districtè inhibemus, ne quispiam ex prædictis Laicus alias quam ut superius dictum est, vel Clericus secularis, vel Regularis, quocunque honore, præminentia, nobilitate, aut excellentia etiam S.R.E. Cardinalatus dignitate præditus, etiam Protector Viceprotector, loci Ordinarius, Prælatus, Generalis, Provincialis, aut Monasterii domus, vel loci cuiuslibet Superior, eorumve affines propinqui, familiares, aut Ministri. Viriuslibet sexus, quicquam contra hanc superiorius expressam prohibitionem recipiant.

§ 9. **Q**uodsi vel ab aliquo particulari Religioso, vel à Superiore quopiam Generali, Provinciali, aut aliò quopiam officio fungente, aut à Conventu, Capitulō, vel Congregatione; sive ab universo Ordine, & Religione quicquam receperint, id quod acceperint, suum non faciant. Verum ipsò factò, absque aliqua monitione Judicis, decreto, sententia, aut declaratione, ad illius restitutionem omnino in utroque foro teneantur; adeò ut restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientiae absolvi possint.

§ 10. **H**anc autem restitutionem fieri volumus, non privarim ei Religioso qui donavit, sed ei Monasterio, Domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta est largitio, vel si non de ejus bonis donatum est, in quo idem Religiosus donans professionem emisit, vel si nomine totius Capituli, Conventus, aut Congregationis, vel universi Ordinis, seu Religionis donatio facta extiterit, pariter communi mensa, aut massa cuius nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur, ita ut nec qui donavit, nec Conventus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere, & iterum condonare, aut recipientem ab obligatione restituendi eximere, vel ut in pauperes eroget concedere, quoquomodo possit.

§ 11. **Q**uodsi quis ex supradictis Regularibus utriusque sexus, cùm juscunque gradus, Ordinis dignitatis, ac ubilibet locorum existentibus coniunctim cum ceteris, seu divisim nostrarum hujusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, iussionum, decretorum, mandatorum transgressor fuerit, statuimus, ut omnibus, & singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muniberibus, & officiis, eò ipsò privatus, ac ad illa, & alia similia, vel dissimilia in futurum obtainenda, inhabilis perpetuo, & incapax ac perpetua infamia, & ignominia notatus exstat. Et praterea priuationem vocis activæ, & passivæ absque ul-

lo Superioris decreto , aut ministerio , ipsô factô incurrat : nec non ultra hujusmodi pœnas , etiam tanquam contra furti , & simonie criminum reum , tam per viam denuntiationis , accusationis , aut quærelæ : quam etiam ex officio procedi , & inquire , condignisque supplicijs affici debeat.

§ 12. **P**oenis aliis à jure statutis , ac per alias constitutiones Apostolicas , aut propria cuiusvis Ordinis , Congregationis , Monasterii , domûs , aut loci statuta , aut consuetudines contra personas aliquid præmissorum committentes , forsitan decretis , & infictis , nihilominus in suo robore permansuris .

§ 13. **Q**uocirca , universis & singulis modernis , & pro tempore existentibus locorum Ordinariis , eorumque Vicariis , & Officialibus : nec non quorumcunque Ordinum , Prioratum , Monasteriorum , & Domorum Superioribus , etiam Generalibus , seu Provinciæ alibus , ceterisque ad quos spectat . Per Apostolica scripta mandamus , quatenus ipsi & eorum singuli , quantum ad eos pertinet , carent omni studio , diligentia , auctoritate , & vigilantiâ , præsentem constitutionem firmiter , & inviolatè observari , & contra inobedientes , vel transgressores , condignis pœnis animadverti . Eosdem inobedientes , nec non contradictores quoslibet , & rebelles , per opportuna juris & facti remedia , appellatione post posita compescendo , invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis .

§ 14. **N**on obstantibus Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , dictorūmque Monasteriorum , Prioratum , domorum , locorum , nec non Ordinum , Congregationum , Collegiorum juramentō , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia robora- tis , statutis & consuetudinibus , privilegiis quoque indulxit , & literis Apostolicis , quorumcunque tenorū existant , pérque præsentibus non expresa , vel ad verbum non inserta , effectus præsentis nostræ Constitutionis impediri quolibet modo valeat , vel differri , & de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis . Quæ omnia quatenus præmissis in aliquo adversentur , prorsus tollimus , & abrogamus , ceterisque contrariis quibuscunque .

§ 15. **V**olumus autem , ut præsente literæ in valvis S. Joannis Lateranensis , & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum , & in Acie Campisfloræ publicentur , affixis in ibi earum exemplis , & dimissis . Quodque earum exempla , seu illorum compendia , in libris

rum-

quorumcunque Statutorum, prædictorum Monasteriorum, Prioratuū, Collegiorum, domorum, Ordinum, & Congregationum (quoad Moniales, in vernaculum, & vulgarem ejusque Regionis sermonem versa) & à loci Ordinario, qui id quām primū fieri curet, subscripta inferantur, & saltem quorū annis in Capitulis, sive Congregationibus ejusque earum alta, & intelligibili voce legantur. Et nihilominus post sexaginta dies, à die publicationis (ut præfertur) in Romana Curia facienda, unumquemque citra montes, ultra montes verò, post quatuor Menses perinde arctent, & afficiant, ac si cuique personaliter intimatæ, & per eos juratæ fuissent.

§ 16. **Q**uodque earum transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillō personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, obsignatis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibetur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri interdicti, prohibitionis, declarationis, inhibitionis, statuti, mandati, sublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nonagesimo quarto. Tertio decimo Kalendas Julii. Pontificatus nostri Anno Tertio.

L. Gard. Prodat.

M. Vestrius Barbianus A. de Alexiis.

Registrata apud Marcellum Secret.

In nomine, & à Nativitate Doñi M. D. XCIV. indictione septima, die verò 2da. Mensis Julii. Pontifice Sanctissimi in Xto. Patris D. N. D. Clementis Divina providentia PAPÆ VIII. Anno tertio retroscriptæ literæ publicatæ, & affixæ fuerunt in Acie Campiflore, & aliis locis publicis, & consuetis per nos Prosperum Spada, & Franciscum de Bonis, ejusdem SS. D. N. Curs. ita Franciscus de Bonis SS. D. N. Curs. Gabriël Savallerus, Curs. Magister. concordat cum originali.

DECLARATIO.

PRÆFATÆ CONSTITUTIONES CLEMENTINÆ EDITÆ A

SS. D. URBANO VIII.
URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

S. I. Nuper à Congregatione nonnullorum Romanæ Curiae Prælatorum coram dilecto Filio nostro Antonio tituli S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali S. Onuphrii nuncupato majori Pœnitentiario, ac nostro in Urbe Alma, Provicario, in spiritualibus. Generali, & nostro secundum carnem Fratre germano à nobis deputata, emanavit declaratio tenoris subsequentis, videlicet. Cùm circa interpretationem Constitutionis felic. recor. Clementis VIII. sub Dat. XIII. Calend. Julii. Pontificatus sui Annō tertio de largitione munierum Regularibus utriusque sexūs interdicta, nonnullæ difficultates, & ambiguitates exortæ. Congregatio specialiter à Sanctissimo Domino nostro Urbano Divina providentia Papa VIII. coram Eminentissimo Cardinali S. Onuphrii majori Pœnitentiario, ac Urbis Provicario deputata, auctoritate sibi attributa declaravit, & declarat munera à Religiosis utriusque sexūs tribui posse, ex causis gratitudinis, conciliationis, benevolentiae ejusque conservationis erga ipsam Religionem, vel Conventum, aliisque causis, ex sui natura actum virtutis, & meriti continentibus, modestè tamen ac discretè, & dummodo id non fiat, nisi de Superiorum localium licentia, ac etiam cum consensu majoris partis Conventus, si talis consensus de jure, vel ex constitutionibus, seu consuetudinibus, cuiusque Religionis respectivè in hujusmodi casibus requiratur. Consensum verò Conventus in § 2. ejusdem Constitutionis ad leviora elculenta, aut poculenta, seu ad devotionem, & Religiositatem, pertinentia munuscula largienda, &c. requisitum, intelligi debere de consensu alias de jure requisito, & ubi non concurrit ambitionis suspicio, quā cessante, nec in his requiri licentiam Superiorum in scriptis in § 4. ejusdem Bullæ requisitam, sed sufficere licentiam etiam oretenus ejusdem concessam declarat. Commessiones au-

autem, compotationes, & convivia in excipiendis benefactoribus, Protectoriis, vel Ordinariis, honorifice, & laute de quibus in § 5. & 6. ejusdem Constitutionis censeri tantummodo prohibita, si decentiae statutus regularis adverterentur. Restitutionem vero receptorum, Conventibus, faciendam, de qua in § 10. ibidem cautum est, intelligi debere de Conventibus, ad quos data, donata, seu missa, de jure pertinent, si id commodè fieri potest, alias Conventui ejusdem Religionis viciniori, loco, ubi petita fuit absolutio, restituantur. Insuper eadem facultate sibi tributa, omnes qui hucusque adversus supradictæ Constitutionis Capitula hic moderata largiti fuerunt, vel repererunt, à poenitentiis quibuscumque in eadem Constitutione inflictis, & incurisis, posse, & debere, à propriis confessariis absolvi, in foro conscientiæ, etiam non facta prius, hujusmodi rerum donatarum, seu datarum, restitutione. Quoad eos vero, qui præter modum prædictum graviori Religionis detimento largiendo, vel recipiendo transgressi sunt, sed ob inopiam restituere nequeunt. Eadem Sanctitas, concedit majori Pœnitentiario, ut de præteritis, usque ad diem datæ præsentium, in foro conscientiæ absolvat, dispenset, & condonet, seu absolvit, dispensari, & condonari, mandet, prout in Domino magis expedire judicaverit.

§ 2. ET ne prædictæ Clementis VIII. Constitutionis memoria dilabatur, Superiores locales cujuscunque Monasterii, Conventus, Domus, ac Collegii Regularis, sub poena privationis officii, vocisque activæ & passivæ, ipso jure incurriendæ efficere teneantur, ut in perpetuum, singulis annis mense Januario, non solum prædicta Constitution, quam in reliquis ejus partibus eadem Sanctitas omnino observari jubet, & quatenus opus est innovat, quemcunque prætensem, non usum, aut prætensem usum, seu prætenam consuetudinem damnando, & irritando: verum etiam hoc decretum, in aliqua publica Congregacione, vel saltē in publica mensa perlegantur. Omnibus tam Ecclesiasticis personis etiam Regularibus, quam Laicis, cujuscunque sint Ordinis, conditionis, gradus, ac dignitatis, etiam speciali nota dignis, & qui sub generali dispositione non comprehendenterentur, prædictam Clementis Constitutionem contra præsentis decreti tenorem declarandi vel interpretandi facultate penitus interdicta, super quibus Sanctissimus mandavit expediri breve Datum Romæ die 15. Septembris. M. DC. XXX.

§ 3. Qua-

§ 3. **Q**uapropter ut præmissa firmius subsistant, & inviolabiliter observentur, quantum cum Domino possumus providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolice potestatis plenitudine, declarationem præinsertam, cum omnibus & singulis in ea contentis, tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolice firmatatis robur adjicimus, ac omnes & singulos tam juris quam facti defensus, si qui defuper quomodolibet supervenerint, supplemus, illaque inviolabiliter ab omnibus ad quos spectat, & spectabit in futurum observari.

§ 4. **S**icque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos etiam caularum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinales, etiam de latere legatos, & quosvis alios quacunque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alicet judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his, à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attenti decernimus.

§ 5. **N**on obstante quoad ea, quæ declarationi prædictæ, & præsentibus suæ contraria, vel diversa, constitutionibus felic record. Clementis VIII, predecessoris nostri prædicti, ac omnibus illis, quæ idem Clemens in Constitutione hujusmodi voluit non obstat, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem sub Annulo Piscatoris. Die XXVII. Octobr. M. D. C. XXXX. Pontificatus nostri, Anno decimo octavo.

M. A. Maraldus.

In nomine & à Nativitate Doñi 1640. indictione octava, die vero 30. Mensis Octobris. Pontificatus Sanctissimi in Xto. Paris, & Doñi nostri D. Urbani Divina providentia Papæ octavi Anno decimo octavo retroscriptæ literæ, publicatæ & affixæ fuerunt in Acie Campifloræ, & aliis locis publicis, consuetis, per nos Hieronymum Mascellam, & Andream Castrutium, ejusdem S. D. N. Cursorum.

Ita est: Hieronymus Mascella S. D. N. PP. Cursor pro Doño Magistro.
Ita est: Andreas Castrutius, S. D. N. PP. Cursor.

CON-

CONSTITUTIONES SS. D. CLEMENTIS VIII.

*IN RECEPCIONE, ET EDUCATIONE NOVITIORUM
O B S E R V A N D Æ.*

§ 1. **C**um ad regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasteriis propagandam, novitiorum institutio maximè utilis sit ac necessaria, & nihil ad gravem illam, ac laudatissimam priscorum Patrum vivendi rationem relaxandam majorem vim habuisse compertum sit, quam, vel nimiam in recipiendis novitiis facilitatem supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent, vel negligentiam in probando, & examinando eorum spiritu, an verè esset ex Deo, atque ex præcipuo desiderio illi inserviendi, vel denique incuriam in eis educandis, atque instituendis. Idcirco, ut hujusmodi incommodo deinceps occurratur, præcipitur omnibus, & singulis ad quos spectat, ut in recipiendis novitiis, & in eorum institutione, atque educatione, nec non in Magistri, & aliorum Ministrorum electione, præter alia, quæ in sacris Canonibus, ac decretis præsertim Concilii Tridentini, Pontificiis & ejusdemque Ordinis, aut instituti constitutionibus continentur, tam in aliis designatis, quam nunc, & in posterum ad hoc designandis Monasteriis, & Conventibus, hæc quæ sequuntur, inviolatè observari, & exequi perpetuò curent.

§ 2. Primum, quod attinet ad novitiorum recipiendorum formam, ultra diligentem perquisitionem, quæ habenda erit de uniuscujusque natibus, corporis habitudine, moribus, & vita ante acta, ac præcipue eorum, qui sextum decimum ætatis suæ annum excedent, an criminosi, an ære alieno gravati, vel reddendæ aliqui administrationis rationi obnoxii sint, juxta formam constitutionis fel. rec. Sixti V. & moderationum subsecutarum: illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulò perquirant, ut, quibus in Monasteriis, Conventibus, ex Apostolica facultate novitiatus fuerint instituti, in iis ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui, & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones sacris Canonibus Summorūmque Pontificum constitutionibus præscriptas

R.

non

non habeat, juxta Decretum super forma de recipiendis novitiis die 19. Maii. 1602. editum.

§ 3. Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regulari, etiam Mendicantium, in ea sit ætate constitutus, quam ejus Ordinis, in quo recipietur regularia instituta, & ordinationes requirunt; eam verò literarum scientiam calleat, aut illius addiscendæ spem indubiam præseferat, ut minores, & suis temporibus, majores Ordines juxta Decreta Sacri Concilii Tridentini suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimum quintum excedens ad habitum regularem admitti postulaverit, & calis eruditionis expers inventus fuerit, in Conversorum tantum, quibus literarum scientia non est necessaria, numerum referatur: ipsi autem Conversi non recipiantur ante vigesimum ætatis suæ annum: & nisi saltem præcipua Doctrinæ Christianæ capita noverint.

§ 4. Demùm Superiores diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente ac voluntate id Regularis vitæ genus elegerint, quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris frugis, ac perfeccioris vitæ, & ut Deo liberiùs famulari possint, an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi motu ducantur, & an eorum Parentes ope & subsidio ipsorum indigentes destituantur.

§ 5. Provideant quoque, ut omnes, etiam Conversi recipiendi: primum ad habitum regularem admittantur, ab iis quibus munus hoc incumbit, de regula quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque regulari, & aliis cuiuscunque Ordinis peculiaribus institutis, & Constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quarundam Religionum moris est, ne dum Conversos ad professionem admittendos, verùm, & oblatos, ut vocant recipere, circa ipsorum oblatorum receptionem unaquaque Religio suas peculiares Constitutiones, specialiaque instituta observare teneatur.

§ 6. Statim atque novitii ad habitum recepti, & in locum novitiatū introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionem totius anteactæ vitæ conscientiam discutiant, & expurgent.

§ 7. Quod verò ad loci qualitatem uniuscujusque novitiatū spectat, locus hujusmodi propria clausura ab ea parte Conventū, & Monasterii, in qua degunt professi, segregatus sit, atque distinctus, habeárque tot ad dormiendum cellulas separatas, quot erunt numero novitii, vel dormitorium ita capax, ut pro singulis singuli lectuli commodè sterni possint, in qua

qua etiam cellula, vel certus ac determinatus locus pro Magistro, ejusque socio reperiatur.

§ 8. In eo etiam, præter alias communes commoditates, aptus locus adit ad spirituales collationes, seu conferentias faciendas, ac, electiones instructionesque Magistri audiendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum se igne communis recipiant.

§ 9. Oratorium insuper, seu Capella, si commode fieri poterit, ad novitiis in spiritualibus, præsertim in cæremoniis, Ecclesiasticisque functionibus exercendos.

§ 10. Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem benè conclusus, atque munitus adit, si minus hortum cæteris fratribus communem recreationis tempore ingrediantur, ipsis vero novitiis ibi commorantibus curabit Magister cum loci Superioris auctoritate (si opus fuerit) ne in eundem quisquam alias ingrediatur.

§ 11. Ad hujusmodi locum noviciatus nemini ejusdem, vel alterius Ordinis regulari etiam Conventus, & Monasterii Officiali, ullo unquam tempore sub quovis prætextu aditus pateat, præterquam Magistro, ejusque socio, ac etiam Monasterii, aut Conventus Superiori, si quandocunque ingrediendum sibi necessario existimaverit, quo tamen casu aliquem semper ex Senioribus Conventus, vel Monasterii Patribus sociū assumat.

§ 12. Hujus loci clausuræ clavis apud Magistrum semper asservetur, illique soli liceat ex gravi tantum causa ingressum illuc alicui permittere, si quis autem novitorum quæmpiam alloqui voluerit, Magistro præsente, & non aliter alloquatur.

§ 13. Novitorum Magistro socius, si per novitorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit, vita, & moribus (quoad fieri poterit) consimilis deputetur, qui in his quæ ad noviciatus regimen spectant, dicto Magistro immediate subjectus existat, eleganturque tam Magister, quam socius per Provinciale Capitulum, per triennium ad minus onus hujusmodi subituri. Quod, si aliquo casu extra tempus capitulare nova loca noviciatus concedi contingat, tunc electionem Magistri novitorum, & socii hujusmodi in his novis locis per Generalem, vel Provinciale, seu Ministrum, aut eorum Visitatores, seu Vicarios, de Diffinitorum tamen, vel graviorum aliorum Patrum consensu fieri permittitur: idemque servetur, si intra triennium, alterum, vel utrumque urgenti aliqua de causa ex illis locis amoveri, vel mori contigerit, in cuius, vel quorum locum alii consimiles subrogari debeant.

§ 14. Tam novitiorum Magister, quām Socius ab iis omnibus officiis onerib[us]que vacationem habeant, quæ novitiorum curam, & regimen impedire valeant. Ipse Magister Sacerdotali ordine sic initiatus, ac in quinto saltē supra trigesimum ætatis suæ anno constitutus, & per de-centnum à professione emissa in Religionē persistenter: Socius verò trigesi-mum annum excedat, sintque ambo doctrinā, & quantum per Superi-orum diligentiam, & vires, fieri poterit, vitæ etiam anteactæ ex-empto præstantes, orationis præterea, & mortificationis operibus addicti, pru-dentiā, charitatēque reserti, non sinè affabilitate graves, zelum Dei cum mansuetudine præ se ferentes: ab omni cordis, ac animi perturbatione, ira præsertim, & indignationis, quæ in se, & erga alios charitatem impe-dire consueverunt, quam longissimè alieni, & tales demūl, qui in omni-bus scipios bonorum operum exemplum prebeant, ut iij qui eorum curæ subsunt, illos non tam metuant, quām revereantur, nec illis unquam detrahere quicquam possint.

§ 15. Habeat etiam Magister plenam, & absolutam potestatem circa novitiorum institutionem, ac novitiatūs regimen, ita ut in illis nemini (visitatoribus, ac Superioribus majoribus, vel etiam localibus exceptis) quovis colore se ingerere liceat.

§ 16. Curam adhibeat diligentem, ut novitii omnes in regulari disciplina sedulò exerceantur, agnoscantque præcipuè Divinæ, quā digni sa-eti sunt vocationis præstantiam, & excellentiam, quæ vera sit atque per-fecta votoram solemnium, & quām necessaria cujusque Ordinis consti-tutionum observantia modum in oratione, tum vocali, tum mentali fructuosè persistendi, illicitas passiones & vitia (ad quæ natura per pecca-tum labefactata omni tempore prona est, atque proclivis) per sensuū cu-stodiam, & mortificationem cohibendi, austeritatē, jejunia, cilicia, disci-plinas, conscientiæ puritatem, crebram illius discussionem, Sacramento-rum frequentiam, Confessionis præsertim quæ bis saltē singulis mensi-bus fiat per aperitionē quotidianam motuum internorum, cordis, & tenta-tionum manifestatiū, per exercitium humilitatis circa viliora mini-steria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnūque silentium.

§ 17. Quilibet novitus bis quotidie orationi mentali, & vocali incum-bat unusquisque secundum propriam capacitatem, & ordinem sibi à Ma-gistro præscriptum, ac pluries in die propriam conscientiam unusquisque examinare contendat. Ipsi autem Magistro soli novitiorum confessiones audi-

audiendi cura committatur. Liceat tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel, aut bis in anno eorundem novitiorum confessiones audire.

§ 18. Quotidie Missæ sacrificio intersint, & statutis horis in Choro, nocturnis, diurnisque Divinis Officiis assistant.

§ 19. Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quæ in solitario loco, & commodo extra novitiatum semel in hebdomada, vel in alternis saltē hebdomadibus longior statuatur, fiatque semper Magistro præsente, vel Socio, qui multum invigilent, ne duo ab aliis commoren- tur disjuncti, atque eo tempore cujusque, in quam natura feratur propen- sionem, scrutentur.

§ 20. Non liceat eis, durante novitiatū, & probationis tempore, una cum professis, nisi in Choro, in Ecclesia tempore Officiorum, in processi- onibus, aut in coenaculo, causa refectionis commorari, nec permittarur eis Professos domō exeentes comitari.

§ 21. Pro communibus, & propriis cujusque necessitatibus, quæ accidere possunt, unus ex noviciis ipsis, ætate, moribusque proiectior de- putetur, qui absente socio, Magistro permittente, omnia, prout opus fu- erit, agat, cui etiam januæ custodia, & rerum levioris momenti provi- sio, intrā novitiatum committi poterit.

§ 22. Cùm autem, licet Clericorum benè instituendorum cura debe- at esse præcipua, Conversorum tamen religiosa instructio non sit præter- mittenda, quin potius æquanimiter amplexandæ, quandoquidem satis exploratum est, istorum etiam, cùm Regulam profiteantur eandem, perfectam educationem, tum Religioni decorem, & ornamentum, tum aliis Christi fidelibus ædificationem, exemplum, atque utilitatem afferre. Conversis ipsis à Clericorum novitiatu separatus ad dormiendum locus (quantum commodè fieri poterit) assignari præcipitur: illi tamen hac se- paratione non obstante Magistro novitiorum, seu Superioribus Monaste- riorum, & Conventuum juxta cujusque Ordinis statuta, & constituti- ones subditi esse, & obedientiam præstatre debebunt, à quo non tantum circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, rerum etiam, pro eo- rum capacitate, & commoditate, de spiritualibus, præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt, quod ut commodius fiat ad capitula, & spirituales conciones, quæ per Magistros novitiis fieri so- lent,

lent, accersiri debeant, & in Ecclesiis statutis horis convenient, nisi tunc in suis officiis actualiter occupati fuerint.

§ 23. Tempore vero probationis elapso, iij tantum, qui non solum religiosae perfectionis capaces: sed ad laborem corporalem apti, novo, ac diligentie examine reperti fuerint (dummodo etatis sua et annum: quoad Clericos decimum sextum, quo vero ad Conversos, vigesimum primum excesserint) ad professionem admittantur. Sed qui ad Conversorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint.

§ 24. Superior cuiuslibet Conventus, in quo novitiatus fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo uniuscujusque novitii professo registretur, illamque novitus professus propria manu, & duo testes, qui praesentes fuerint, subscribant.

§ 25. Conversus vero literarum ignarus, professus, in eorumdem testium, qui se subcriperint praetentia, propriam manu signum crucis apponat, asserveturque liber, & custodiatur in archivio, ubi scripturæ ad Monasterium, seu Conventum pertinentes reponi conservaverunt.

§ 26. Quia vero in quibusdam Ordinibus filiationis usus est receptus; declaratur, quod licet decretum sit, ut novitiis educandis certa Monasteria aut Conventus designata quilibet Ordo habere debeat, licet tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conventuum hujusmodi Ordinum, in quibus filiationis usus receptus est, eos, quos prænarratis qualitatibus suffultos repererint in suorum locorum filios, juxta cujusque Ordinis constitutiones adscribere, sive adscriptos, cum juxta praesentes institutiones, & alias, servatis servandis, ad Ordinem recepi fuerint, ad loca novitiatum cum testimonialibus literis transmittere, ubi tanquam dictorum Conventuum, seu Monasteriorum filii, eorundem nomine, & instanti recipi, ac in novitiatu probari, & deinde antequam ad eadem Monasteria, seu Conventus filiationis hujusmodi remittantur, in Professorio ad perfectionem, ut præmissum est, exerceri debebunt.

§ 27. Porro, ne loca unius Monasterii, seu Conventus, ab alio præoccupentur, Capituli generalis, aut Provincialis partes erunt, numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem (si opus fuerit) inire, ac singulis Conventibus, & Monasteriis præscribere, quæ magis expedire videbitur.

§ 28. Ut autem novitii, iam in professorum numerum (sicut præmititur)

titur) recepti melius in bono spiritu, regularisque disciplinæ observantia stabiliantur, & confirmantur, mandatur, ut statim post professionem emissam, si in Conventibus aut Monasteriis pro noviciatibus assignatis locus aderit secundi noviciatus sive professorii, ab ea, quæ novitorum est, atque antiquorum professorum habitatione distinctus & segregatus, ibi collocentur, si Monasterium aut Conventus eos alere queat, sin minus: in aliud commodiorem Conventum, aut Monasterium transferantur, in quo is locus cum requisitis ad noviciatum supra narratis reperiatur, vel accommodetur, aut de novo construatur.

§ 29. Ab hoc tamen illæ Religiones excipiuntur, quæ, suarum constitutionum, seu institutorum vigore majoris temporis cursu novos professos intra noviciatum detinere consuecent, quibus in hac parte non derogatur, illis tamen permittitur, ut, prædictis earum constitutionibus non obstantibus, id ipsum facere possint, si id rationi ac Religioni magis expedire dijudicaverint, quibus in locis degant sub regulis, & modo vivendi adhuc arctiori, quam servant antiquiores professi, ita quod in negotiis Monasteriorum, aut Conventuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicujus exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant, quo usque ad ætatem sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem devecerint, vel saltē per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt quinimodo, & debebunt literarum studiis operam navare sub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus novitorum Magistrum prædictum esse oportere dictum est.

§ 30. Declaratur tamen, quod propter præmissa non censeatur concessa licentia recipiendi novitos, nisi in locis pro noviciatu designatis, aut in posterum designandis, & pro numero duntaxat in eorum singulis præscripto, vel prescribendo.

§ 31. Denique si illi qui inter Religiosos gradu, & ordine Superioribus sunt, & alii ad quos spectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, seu quovis modō contrafecerint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt privationem gravioresque pro modo admissæ culpæ poenas se subituros certò sciant. Dat. Romæ apud S. Petrum die 19. Martii. 1603.

DECRETA E J U S D E M S S. D.

Pro reformatione Regularium, tam Monachorum, quam Mendicantium cuiuscunque Ordinis, & Instituti.

CLEMENS PAPA VIII.

1. **N**ullus omnino praetextu cuiuscunque privilegii, vel Superioritatis, etiam Generalatus, a servitio Chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprii Officii munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus Superioribus iis tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, dispensare possint; idem quoque præstare valeant cum ægroris, & studiorum causa legitime impeditis, in eos vero, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari poenitentia Superioribus animadvertant ad præscriptum Regulæ, & Constitutionum, alimenti etiam, si opus fuerit subtractione.

2. Lectio Sacrae Scripturæ, vel casuum conscientiæ bis in hebdomada præscriptis diebus in singulis Monasteriis, & Conventibus habeatur, ad quam Fratres omnes conveniant, eaque absoluta, mutua collectione circa explicatam doctrinam sese utiliter exerceant.

3. Quo Tridentini Concilii Decreta de paupertatis voto custodiendo fidelibus obseruentur, præcipitur, ut nullus ex Fratribus, etiam si Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniæ, proventus, census, eleemosynas, sive ex Concionibus, sive ex Lectionibus, aut pro Missis, tam in propria Ecclesia, quam ubique celebrandis, aliòve ipsorum justo labore, & causa, & quocunque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere possit: sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conventui incorporentur, atque cum cæteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proventibus, confundantur, quo communis inde vietus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

4. Neque Superioribus, quicunque illi sint, ullò pacto liceat eisdem Fratribus, aut eorum alicui bona stabilia, etiam ad usum fructum, vel usum administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiz nomine concedere.

5. Eo-

5. Eorum verò, quæ ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat, ut proprium, néque ut propriō utatur.

6. Qui in præmissorum aliquo deliquerit, poenas, nedum à Concilio Tridentino præscriptas: sed alias quoque multò graviores Superiorum arbitrio imponendas, incurrat.

7. Nulla quorumcunque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia Fratres excusare possit, quod minus culpæ, & poenæ ab ejusdē Concilii decretis impositæ, & ipsō factō incurrandæ, obnoxii sint, etiamsi Superiores asseverent hujusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse, quibus in ea re fidem minimè adhiberi volumus.

8. Fratrum vestitus, & supellex cellarum ex communi pecunia comparetur, & omnino uniformis sit Fratum, & quorumcunque Superiorum, statuique paupertatis, quam professi sunt, convenienter: ita ut nihil superflui admittatur nihil etiam, quod sit necessarium alicui denegetur..

9. Quæcunque Fratrum vestes, sive lanæ, sive lineæ, omnisque alia supellex in aliquem commodum Conventū locum deferantur, ibique ab uno, vel duobus Fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, ut inde Superioris arbitrio, prout unicuique opus fuerit, subministrari opportunè possint.

10. Omnes etiam Superiores, quicunque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obsonio, sive eadem (ut ajunt) pitantia, in communi mensa prima, vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur, néque singulare aliquid, quo privatim quisque in cibum utatur, ullò modō afferri possit. Si quis in ea re peccaverit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem, & aquam.

11. Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut præstationes peculiares rationes, officiorum habent, eorum accepta, & expensa in libro distincto fideliter, & diligenter adnotari current néque in alios usus, quam ratione officii sui necessarios, quicquam expendant. Cum verò contingit ipsos in aliquo Conventu comorari, eam pecunia quantitatem in commune conferant, ex qua sibi, & iis, qui tecum erunt, viatis ad præscriptum Regulæ, & Constitutionum suppeditetur.

12. Nullus ex Superioribus locorum, administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui

Conventus etiam nomine Conventus , per seipsum habere , sive exercere possit ; sed universum id onus tribus fratribus ejusdem Conventus à Generali ita demandetur , ut unus rerum , & bonorum , reddituumque colligendorum , ac exigendorum curam habeat : alter tanquam depositarius , pecunias , ac cætera ab illo collecta , & exacta fideliter asservet : alias de pecuniis & rebus à Depositario acceptis Priori & Fratribus , ac Conventui universo de necessariis , mandante tamen ipso Priore , non secundum proprium affectum , sed juxta charitatis regulam , veluti bonus dispensator prevideat , officiorum hujusmodi confusione penitus interdicta .

13. Cæterum hi tres , tam impensi , quām accepti singulis mensibus Superiori locali adhibitis etiam duobus , vel tribus Fratribus ejusdem Conventus probatoriis , rerūmque usu peritis , rationem redditant . Deinde ipsimē rursus , præsentibus Priore , & peritis prædictis , Generali , cùm advenerint , denique ipse Generalis , in quolibet proximo Capitulo Generali saltem coram tribus Judicibus ab ipso Capitulo ad hoc constitutis , illorum omnium , universāmque suæ administrationis tam publicæ , quām privatæ rationem reddere teneatur , cuius etiam exemplum authenticum ex actis Capituli describatur , ad hoc , ut ad omne mandatum nostrum , vel Sedis Apostolicæ Romam transmitti possit .

14. In uno quoque Conventu Fratrum is tantum deinceps constituantur , & im posterum retineatur numerus , qui ex redditibus illius propriis , vel ex communibus consuetis , vel etiam singulorum eleemosynis aliisve quibuscunque obventionibus in commune (ut præfertur) conferendis , commodè possit sustentari : redditus verò , & suprà dicta omnia in communi loco , ac tuto diligenter asserventur .

15. Superioribus autem , ne Concilii Tridentini , aut hæc nostra Decreta declarare , interpretari , aut relaxare ullò modò possint , omnino interdicimus , & prohibemus , decernentes irritum , &c. si quis autem contra præsumperit attentare , is eō ipsō omni gradu , officiōque privatus , & ad ea perpetuò inhabilis existat .

16. Nullus nisi actu legat vel prædicet , aliquo sui gradū privilegio gaudeat .

17. Si alicui ex necessaria causa , Generalis judiciō probanda , socius ex eodem Ordine , qui illi ministret , concedendus erit , is nisi vigesimum quintum agat annum , & qui communis serviti sit deputatus , non concedatur , & si commodè fieri potest sic Laicus conversus .

18. Ut

18. Ut omnis scandalorum , & vagationis occasio tollatur , Conventus clausura perpetuò , ac diligenter servetur , ac propterea à Superiore janitor constituatur , qui diligentia , ac morum integritate maximè commendetur : is januæ custodiendæ semper assistat , eamque nemini Fratum aperiat , nisi socium , & exeundi licentiam obtinuerit .

19. Nullus à Conventu egredi audeat , nisi ex causa , & cum socio licentiæque singulis vicibus impetrata , ac benedictione accepta à Superiore , qui non aliter eam concedat , nisi causâ probatâ , sociumque extero adjungat , non petentis rogatu , sed arbitrio suo , neque eundem superius , licentiæ vero generales exeundi , nulli omnino concedantur .

20. Contravenientes autem poena gravi , etim carceris ad Superioris arbitrium plectantur ; candem etiam Janitor subeat , si sciens exeundi facultatem fecerit .

21. Cum autem quis in Conventum revertitur , Superiore iterum adibit benedictionem recepturus , qui à socio itineris rationem , & quid rei actum sit , diligenter perquirat .

22. Nullos Fratres Romam venire Superiores permittant , nisi prius à Generali , vel Protectore dumtaxat licentiam in scriptis impetraverint .

23. Si quis autem sine hujusmodi facultate Romam venire præsumperit , voce activa , & passiva bienniò privatus existat , subiturus etiam alias arbitratu Superiorum infligendas poenas . Quæ item omnia adversus eos , qui supradictos admiserint , & receperint , sine ulla exceptione locum habeant .

24. Habeat Superior clavem ita fabrefactam , ut cum sibi videbitur celas omnes reserare possit , & propterea nullus cellam , etiam noctu ita claudat , quin semper à Superiore possit aperiri .

25. In medio dormitorii tota nocte lampas colluceat .

26. Nullus etiam Superior celas sive in claustro , sive alibi separatas à communis dormitorio habeat , sed unusquisque unica cella , eadem cum ceteris aliorum Fratum conjuncta , nudis omnino parietibus , ac lecto , & mensa humilibus , uniformique supellectili (ut præfertur) quemadmodum Religiosos decet , contentus sit , possit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conventuum , si eorum muneris , & officii necessitatem id exigere cognoverit ; alteram etiam cellam concedere .

27. Cellæ sive aediculæ , quæ extra dormitorium separatim sunt , ad officinas , aut alias ad communem usum , & commoditatem Conventus redigantur .

28. Sigillatim suo quisque lecto cubet, néque ullibi duo eodem lecto dormire possint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

29. In privatis cellis nulli camini permittantur: sed omnes obstruantur statim, cardinibus etiam è parietibus convulsis ut res illa non ad tempus facta, sed perpetuò duratura videatur, cellistamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

30. Conventus fenestræ omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas Laicorum ædes prospiciunt, muro ita obstruantur, ut omnino is prospectus impediatur.

31. Valetudinarium in singulis Conventibus certo, ac salubriori loco construatur, quod pro loci situ, ac Fratrum numero, quoad fieri poterit, commodissimum esse possit, in quo Fratres omnes, cùm ægrotabunt, current, nec inde nisi recuperata sanitate, abire permittantur. Qui verò infirmorum curæ præpositi sunt, omni seculitate, ac charitate operam suam præstabunt, ac curabunt, ne quid ægrotis omnino desit, quod ad sanitatem recuperandam pertineat.

32. Ineatur ratio, quâ sublati licentiis, ac facultatibus hactenus quibuscunque concessis, degentes extra conventus claustra ad ea quâm primum revocentur, nec de cætero, nisi ex gravissima causa à Sede Apostolica probanda, hujusmodi facultates concedi possint.

33. Nulli imposterum ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in Conventibus per sedem Apostolicam in qualibet Provincia deputandis.

34. Curent Superiores, ut Constitutio interdicens largitiones munera, & præscribens hospitalitatis formam ab omnibus in quolibet Conventu inviolabiliter observent.

35. Ut omnis officiorum ambitus occasio præcludatur, caveant omnes à directa, vel indirecta vocum, seu suffragiorum procuratione, tam pro se ipsis, quam pro aliis, tum in capitulo locorum, tum in cæteris præsertim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi, quicunque fecerint, præter alias poenæ, & censuras, hactenus contra hujusmodi ambientes inflicitas, quas in suo robore permanere volumus, in poenam privationis officiorum, quæ obtinent, eò ipso incidunt, & ad futura quæcunque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à nobis, vel successoribus nostris, & pro qualitate culparum gravius etiam pleuantur. Porro supradictas omnes poenæ ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.

36. In

36. In Superiorum , & Officialium omnium electionibus forma præscripta à sacro Conc. Trid. & Ordinis constitutionibus inviolabiliter seruetur , juréntque electores secundum veritatem cujusque conscientiae probiores , ac magis idoneos se electuros , ac propterea priusquam ad electionem deveniatur , in primis , & ante omnia prælegantur constitutiones de qualitate , & requisitis eligendorum . Ad officia , gradus , & Prælaturas illi præcipue elegantur , qui possint . & conservent regulas Ordinis , & constitutiones observare , præsertim quæ pertinent ad servitium Chori , ac vestitum , & viatum communem .

37. Elegantur in Capitulo Generali vel Provinciali aliquot graves , & periti ex Fratribus cuiuslibet Provinciæ , saltem tres , qui admittendos ad prædicationem verbi Dei , vel ad audiendas confessiones etiam ipsorum Fratrum , ac Lectores publicos diligenter simul examinent , priusquam probentur , & ad hujusmodi ministeria admittantur , Horum etiam curæ sit examinare , & probare , tam quoad doctrinam , quam quoad mores , promovendos ad quoscunque Ordines , in quo servetur decretum Congregationis interpretum Sacri Concilii Tridentini , hac de causa nuper editum , & promulgatum .

38. Illud porro Superiores omnes in Domino admonemus , ut memor res sint rationis , quam in novissimo die reddituri sunt pro grege sibi commisso , ac propterea omni studio invigilent , ut quæ in eorumdem Ordinis , regulis , & constitutionibus de oratione mentali , silentio , jejuniis , capitulo culparum , aliisque spiritualibus exercitiis prudenter , ac piè sancta suut , ea omnia , & singula ad ungvem obseruentur , intelligantque super his veluti fundamentis omnium Religionum ædifica construenda , & amplianda esse , quæ ut faciliorem exitum fortiantur , & fructus uberiores in animis Fratrum producant , valde opportunum erit , si in quolibet Conventu , singulis hebdomadis habeatur sermo de religiosa disciplina , regularique observantia .

39. Quo verò omnia ordinatè peragantur , appendatur tabella in loco conspicuo uniuscujusque Conventū , in qua distinetè adnotetur quid singulis horis cujusque diei quilibet Frater præstare debeat , ut certo quoque signo præmonitus , majore animi præparatione suo muneri satisfacere possit . Quæ Ordinis constitutiones , his decretis non adversantur , in violatè custodiendæ erunt .

40. Quibus horum decretorum capitibus certa poena præscripta non est ,

est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati Superioris infligatur. Ut autem hæc decreta (donec alia, quæ pleniorē reformationē facient, edantur) ab omnibus observari possint, districte præcipimus Generalibus ac omnibus aliis quibuscunque Superioribus, ad quos hoc spectat, ut cūrent ac efficiant ea omnia inter alias eorundem Ordinum constitutiones perpetuō valituras redigi, interdicta omnino eorum singulis facultate ilias declarandi, & adversus eas unquam dispensandi. Alioquin sciant se in pœnam Generalatūs, & officiorum privationis, ac inhabilitatis perpetuæ ad alia quōque munera ipsō factō, & sine ulla exceptione respectivē incidisse.

41. Ne verò prætextu dilatae publicationis eorum observatio, quoquomodo differri possit, aut impediri volumus, ut post illorum publicationē in Conventu, vel Monasterio cuiuslibet Ordinis de Urbe factam, Generalem, aliisque Ordinū Superiores, ceterosque quoscunq; Fratres præsentes, statim: reliquos verò absentes citra montes, unius mensis, ultra montes, trium mensium spacio ita arctent, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent.

42. Insuper mandamus, quod Generales in singulis Couentibus citra montes, unius mensis: ultra verò montes, trium mensium cursu decreta supradicta publicari faciant, sub pœna privationis Generalatūs, aliisque arbitrio nostro imponendis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 25. mensis Junii. 1599.

SEX DOCUMENTA BEATI BONAVENTURÆ, CUILIBET proficere volenti utilissima.

IN Conventu Fratrum Minorum Parisiis conversante Beato Bonaventura, tunc Generali Ministro, quidam Juvenis Frater bona indolis, & ei satis familiaris, accessit ad eum lemel, & devotè rogavit, ut sibi exponere dignaretur, quomodo juventus sua posset in sacro Ordine Minorum conservari sine macula: & ad vitam proficere meliorem. Cui sanctus Bonaventura cum magno suspirio respondit: Fili mi Juvenis, si vis sine macula & querela usque in finem conservari in Religione, hæc tibi sex documenta reconde in animo.

Primum: Ut circa orationem, & sanctam lectionem jugiter vigiles: quæ duo ut explere possis, & ea non perdere, Ecclesiam valdè frequenta die ac nocte, cellam visita super omnia, ita quod extra eam nunquam inveni-

veniaris otiosus, sed semper finitō officiō, vel comeditione, vel alterius obedientiæ mandato, oculis inclinatis te ibi recolligas.

Secundum: Circa honestatem cordis, & omnium sensuum corporis, super omnia stude: quod ut implere valeas, nunquam cum aliqua persona speciale familiariatem habeas, sed omnibus sis communis, ita quod nullus possit dicere te nisi communem, & nulli specialem.

Tertium: Circa custodiam lingvæ studiosissimus esto, ita quod nunquam (quando stas cum aliis) loquaris nisi necessaria: & hoc requisitus, nec laudes vel vituperes aliquem, absentem vel præsentem.

Quartum: Sis summè sollicitus dum loqueris cum aliquo, ne unquam referas vel loquaris de his quæ audis ab aliis, nisi talia sint ædificatoria.

Quintum: Versetur in corde tuo frequenter passio Jesu Christi, memoria beneficiorum Dei, peccatorum tuorum, gaudiorum paradisi, pœnarum inferni, tribulationum, & misericordiarum totius mundi.

Sextum: Sis sollicitus non judicare in corde tuo, aut ore aliquem, nisi te ipsum, & non detrahas alicui, vel de aliquo murmures, sed magis excusa quantum potes sine peccato, & mendacio. Hæc faciens salvaberis, & evades pericula inter Fratres & homines.

Singularia Privilegia impetrata per B. FRANCISCUM, & eidem pro Ordine suo, & eum diligentibus à Domino Deo collata.

Refert D. GREGORIUS PAPA IX. se audivisse à B. Francisco dum vi-
veret, ipsum Sanctum à Doño Deo tia privilegia obtinuisse.

Primum: Quod quantò plures Fratres essent in Ordine, & eorum numerus augetur, tantò abundantius eis provideretur.

Secundum: Quod nullus in habitu posset male mori, intellige sane, vi-
delicet dummodo vita sic conformis habitui, quod ad Fratres: & devotio erecta, & compuncta quod ad sacerulares.

Tertium: Quod quisquis Ordinem suum persequeretur, graviter à
Domino puniretur, & dies suos in brevi & male finiret.

*Item dicit B. FRANCISCA tria inter alia se habuisse Privilegia à Seraph
sibi in monte Alverna apparente, tempore stigmatizationis sua.*

Primum. Quod professio Fratrum suorum, sive Ordo suus, durabit usque ad diem Judicii. (severare).

Secundum. Nullus volens in Ordine male vivere, poterit ibi diu per-

Tertium. Quod quicunque ex corde diligeret Ordinem suum (quan-
tumcunque sit peccator) misericordiā à Dño consequetur pœnitendo.

RITUS ET CÆREMONIAE

Fugientes à Sæculo, S. Religionis habitu induendi.

De qua in decretis fit mentio. pag. 8.

Quod die quies, ad Constitutionis Sixti V. summi Pontificis prescriptum, approbatus, Superioris consensu, Religionis nostra habitum suscepimus est; aut mane post Missam maiorem, aut post Vesperas, prout opportunitas venerit; antequam Fratres ē choro discedant, Superior, aut alius de mandato, induit albâ Holâ, & pluviali, pro tempore & officio ratione convenienti, stans in medio Altaris, Juvene in inferiori Altaris ipsius gradu, genibus flexis existente, has sequentes orationes, versa facie ad Sacrametum, dicat: incipiendo absolute.

℣. Dominus vobiscum..

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui à seculi vanitate conversos, ad bravium supernæ vocantis accendis; & qui renunciantibus seculo, mansiones paras in cœlis: dilata cor hujus famuli tui cœlestibus donis: ut fraterna nobiscum teneatur compagine charitatis: unanimis constans, sobrius, simplex, & quietus, regularia Sanctorum Patrum Instituta custodiat: & ad eum, quem, te inspirante, perfectionis spiritum concepit, te adjuvante, perveniat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen..

Oremus.

Domine Jesu Christe, Dux, Salus, & Fortitudo nostra, humiliter petimus, ut famulum tuum, quem sanctæ compunctionis ardore, ab hujus seculi vanitate separasti, etiam à conversatione terrena discernas, & gratiā, qua in te perseveret, infundas: ut protectionis tuæ præsidio munitus, quod te donante, affectat, te adjutore compleat: ut suæ conversionis executor effectus, ad ea, quæ perseverantibus in te promitteſſe dignatus es, feliciter pertingat. Qui vivis, & regnas in secula seculorum, ℟. Amen..

Deinde procedat Sacerdos ad cornu Epistola: & ibi stans, benedicat vestimenta, parulo ante à Sacrifice, in eodem cornu, super aliquo scabello, opportunè, ac decenter preparata; dicens.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

℣. St nomen Domini benedictum..

℟. Ex hoc nunc, & usque in seculum..

℣. Do-

V. Domine exaudi orationem meam..

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum..

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam; ut hoc genus vestimenti; quod Sancti Patres, ad innocentia, & humilitatis indicium, abrenunciantes huic seculo, ferre sanxerunt: ita bene dicere, & sanctificare digneris, ut hic famulus tuus, qui sanctæ Religionis habitum, piæ devotionis affectu, assumere intendit: te intus veraciter induere mereatur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, R. Amen..

Super Chordam, sive Cingulum.

Oremus.

Deus, qui, ut servum redimeres, Filium tuum per manus impiorum ligari voluisti, bene dic, quæsumus, cingulum istud, & præsta, ut famulus tuus; qui eo, velut ligamine poenitentiali sui corporis cingetur: vinculorum ejusdem Domini nostri Iesu Christi perpetuò memor existat: & in Ordine, quem assumit, perenniter perseveret: tuisque cum effectu semper obsequiis, se alligatum esse cognolcat. Pereundem Christum Dominum nostrum, R. Amen..

Quibus ditis aspergantur simul, & juvenis, & vestimenta aqua benedicta, sine incenso. Deinde, auxiliantibus Ministris, exuatur juvenis sacularibus vestimentis a Sacerdote, sive Superiore, dicente.

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis. Amen..

Et illum postea, Religionis habitu induendo, ad singula vestimenta dicat.

A D T U N I C A M.

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. R. Amen..

A D H A B I T U M.

Domine Iesu Christe, qui dixisti, Jugum meum suave est, & onus meum leve, præsta quæsumus, ut hic famulus tuus, sic istud deportare valeat, ut possit consequi tuam gratiam in praesenti, & gloriam in futuro. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen..

T

AD CA

A D C A P U T I U M.

Pone Domine Caputium salutis in capite eius, ad expugnandas diabolicas fraudes. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen..

A D C H O R D A M.

Præcingat te Dominus Cingulo puritatis, & extingvat in lumbis tuis humorem libidinis: ut maneat in te virtus continentiae, & castitatis. Per Christum Dominum nostrum, Amen..

Quod induit, porrigit sibi faculam accensam, dicens:

Accipe Frater charissime, lumen Christi, in signum immortalitatis tuæ: ut mortuus mundo, Deo vivas. Exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. R. Amen..

Postea vertat se Sacerdos ad Sacramentum, & novitio stante in supra scripto gradu genuflexo, dicat clara voce:

V. Salvum fac servum tuum.

R. Deus meus sperantem in te.

V. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

R. Et de sion tuere eum.

V. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Majestatem tuam Domine suppliciter exoramus, ut famulum tuum; cui, de tua gratia præsumentes, nostræ Religionis habitum imposuimus: digneris inter discipulos tuos, virtute ex alto induere, justitiae lorica munire, & salutis protegere vestimento: ut, intercedente Beato Francisco Confessore tuo, sub humilitatis veste tibi perseveranter deserviens, ad stolam immortalitatis, & gloriæ pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen..

Oremus.

Domine Jesu Christe, qui beato Petro Apostolo tuo; significans, qua morte clarificaturus esset Deum: prædictisti, per alium in secrete ipsum fore cingendum; famulum tuum Fratrem nostrum; quem cingulo nostræ fraternitatis præcinximus: tu, quæsumus, charitate præ-

præcinge : tui nominis metu salutari constringe : & chorda cor ejus regulari alliga disciplinæ : ut , tua ei opitulante gratia , solutus , & liberatus à mundo , tuóque vincetus servitio , in Ordinis , quem assumit , observantia , usque in finem jugiter perseveret . Qui vivis , & regnas in sæcula sæculorum . R. Amen..

Oremus.

Deus , qui mira Crucis mysteria in beato Francisco Confessore tuo multiformiter demonstrâsti , da huic famulo tuo , ejus piæ devotionis semper exempla sectari : & assidua ejusdem Crucis meditatione muniri . Per Christum Dominum nostrum . R. Amen..

Quibus dicitur , Sacerdos in medio Altaris , genua flectendo , intonabit . Veni creator spiritus , &c. qui dum à Cantoribus alternatim cantabitur , omnes fratres è dextro Chori latere , ordine egredientes , & ad medium Altaris procedentes coram venerabili Sacramento genua flectant , ac deinde novitium in infimo Altaris gradus genibus flexis exsistentem , ad sancta pacis osculum recipientes , singuli dicant : Pax tibi Frater . Moxque Chorum ab altera parte iterum ingredientes , singuli in suo loco sè recipiant : & completò hymnô statim sequentes versus canantur .

℣. Confirma hoc Deus , quod operatus es in nobis .

R. A Templo sancto tuo , quod est in Jerusalem .

℣. Post partum Virgo inviolata permansisti .

R. Dei genitrix intercede pro nobis .

℣. Ora pro nobis beate Pater Francisci .

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi .

Deinde Sacerdos cantet .

℣. Dominus vobiscum . R. Et cum spiritu tuo .

Oremus.

Deus , qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti , da nobis in eodem spiritu recta sapere , & de ejus semper consolatione gaudere .

Concede nos famulos tuos , quæsumus Doñe Deus , perpetuam mentis , & corporis sanitatem gaudere ; & gloria Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione , à præsentilibet tristitia , & æterna perfrui lætitia .

Deus , qui Ecclesiam tuam , Beati Francisci meritis , scetu novæ prolis amplificas , tribue nobis , ex ejus imitatione , terrena despicer : & cœlestium donorum semper participatione gaudere . Per Dñum nostrū Jesum Christum Filium tuum , qui tecum vivit , & regnat in unitate Spiritus sancti Deus , per omnia sæcula sæculorum . R. Amen. T 2. ℣.

¶. Dominus vobiscum. ¶. Et cum spiritu tuo.

¶. Benedicamus Domino. ¶. Deo gratias.

Postea Sacerdos benedicat novitium, & adstantes, dicens:

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.

¶. Amen..

Deinde habeatur sermo, actioni conueniens, ad decretorum prescriptum. Quod finitum, & novitio nomine imposito (quod Sanctorum sit; ut hac pia, salutari, & perpetua sui nominis recordatione, salutariter excitatum, cuius nomen gerit, eius virtutes, pios mores, & egregia facta, studiosè quidem, ac sanctè imitetur,) & deum benedictione adstantibus data, novitiorum Magister novitium accipiat, & ad Barbitonarem deducat; ut Religioso more, iuxta probatam Religionis consuetudinem, ei Clericalis corona, vel Laicalis circulus aptè fiat.

Quo autem die, quis Religionis habitum suscepit, memoria fiat in libro huic usui specialiter prescripto: ac præterea Provincialis admoneatur, ut ejus iussu singula referantur in librum, in Provinciali Archivio perpetuò servandum.

RITUS ET CÆREMONIAE

Novitios ad professionem admittendi.

Finito probationis tempore, si Novitius juxta Canonicas & Apostolicas Sanctiones, ac regularia Sanctorum Patrum Inst tuta, ad professionem solemniter emittendam, repertus fuerit idoneus; pridie, quo proficeri statuit, peccatorum suorum diligentia confessione facta, & mane sequentis diei, sumptu devotissimè Eucharistia Sacramentò, omnibusque & Regula, & antiquis, perpetuoque usu receptis, ac probatis Sanctorum Patrum Traditionibus antea servatis; familia Fratribus, & universis, & singulis capitulariis campana signo convocatis, & capitulariter congregatis, Superior, vel aliu ejus mandato, facultatem ejusmodi ab eodem habens, in sella, opportuno loco antea opportunè preparata sedeat.

Tumque novitiorum Magister illuc novitium, ad professionem admittendum, religiosè deducat: quò cùm pervenerit, & genuflexerit, novitium ipsum ante pedes Superioris statuat. Tum Superior novitium interrogabit, prout opportet: & si ad oportunas interrogationes rectè responderit; mox de sede ipsa, pio, ac brevi sermone poterit, & gravitatem, & pietatem, & magnitudinem actionis illius, & ipsi profidenti, & reliquis adstantibus significare; prout usi venerit opportunius. Quod finitum, Superior surgens, & genua flectens, solus clara voce intonabit Hymnum. Veni Creator Spiritus, &c. quod alternantibus Choris finitum, Superior dicat.

¶. Emit-

¶. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. ¶. Et renovabis facie terrae.
Oremus.

Actiones nostras quæsumus Domine, aspirando præveni & adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio, & operatio, à te semper incipiat, & per te cepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. ¶. Añ.

Deinde Superior iterum sedeat: moxque novitus ante pedes ejus genuflexus, positis manibus suis, inter manus, ipsum ad professionem admittentis, & recipientis, clara, & intelligibili voce dicat hec verba, vel à Superiori primùm dicta, ipse eadem recte, ac ordine repeatat; vel etiam descripto legat, prout opportunius videbitur.

FORMA PROFESSIONIS,
in Ordine Fratrum Minorum solemniter emittenda.

Ego Frater N. N. voveo, & promitto Deo omnipotenti, Beatae Matris semper Virgini, Beato Francisco, omnibus Sanctis, & tibi Pater, toto tempore vita meæ, servare Regulam Fratrum Minorum, per Dominum Papam Honorium confirmatam, vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate.

Recipiens vero ad professionem ei dicat.

Et ego ex parte Dei si hæc observaveris, promitto tibi vitam æternam. Añ.
Quibus dictis, statim Cantores cantabunt in sexto tono Psalmum; Ecce quam bonum, & quam jucundum, &c. & interim Superior amovebit, & disseret à novitii capitulo, probationis signum.

Finitò Psalmò, Cantores canant sequentem versiculum.

¶. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

¶. A Templo sancto tuo, quod est in Jerusalem..

Deinde Sacerdos dicat sequentes orationes.

Oremus.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

Deus, qui per coeternum Filium tuum cuncta creasti; quique mundum peccatis inveteratum, per mysterium Incarnationis ejus, renovare dignatus es: te supplices exoramus, ut super hunc sanguinem tuum Fratrem nostrum N. qui hodie in hoc sancto templo tuo vanitatem mundi, & pompas diaboli, per nostræ servitutis ministerium, voto solemnni abrenuntiare decievit: ita respicere digneris, ut spiritu mentis suæ ren-

renovatus, veterem hominem cum aetibus suis exuere; & novum, qui secundum Deum creatus est, induere mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui es via, sine qua nemo vadit ad Patrem, quæsumus Clementiam tuam, ut hunc famulum tuum, à carna-libus desideriis abstractum, per arctam, actutam regularis disciplinæ viam deducas: & qui peccatores vocare dignatus es, dicens; Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos; præsta, ut hæc vox vocationistæ, ita in eo convalescat, quatenus onera peccatorum deponens, & quam dulcis es; degustans, tua refectione sustentari mereatur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Oremus.

Sancte Spiritus, qui te Deum, ac Dominum mortalibus revelare dignatus es, immensam tuæ pietatis abundantiam suppliciter exoramus, ut sicut, ubi vis, spiras; sic & huic famulo tuo Fratri nostro N. affectum piæ devotionis inspires: & qui tua sapientia est conditus, tua quóque providentia gubernetur: quem etiā unctio tua de omnibus doceat: & per intercessionem Beatæ Virginis Mariæ, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Beati Patris nostri Sancti Francisci, ac Beati N. & omnium Sanctorum, fac eum à laclii vanitate ita veraciter converti, ut, quod hodie, te inspirante, inchoat, sic justè, piè, ac sanctè per veram humilitatem, & obedientiam, Fraterna charitate fundatus, te adjuvante, perficiat; ut in sancto Religionis proposito jugiter perseverans, ad vitam perveniat sempiternam. Qui cum Deo Patre, & Filio ejus, Domino nostro Iesu Christo, vivis, & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum.. R. Amen..

Quibus dictis, statim Cantores intonabunt Hymnum, Te Deum laudamus. Et per Claustrum ordine procedentes, ad Ecclesiam revertentur.

Finito vero Hymno, Cantores sequentes versus cantabant.

V. Confirmata hoc Deus, quod operatus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.

V. Post partum Virgo, inviolata permanisti.

R. Dei Genitrix, intercede pro nobis.

V. Ora pro nobis Beate Pater Francisce.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Dein-

Deinde Sacerdos dicat , frue cantet sequentes orationes.

Oremus.

ADsit nobis, quæsumus Domine virtus Spiritus sancti: quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitatem gaudere: & Gloriosa B. Mariæ semper Virginis intercessione, à præsentil liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui Ecclesiam tuam beati Francisci meritis, fœtu novæ prolis amplificas: tribue nobis, ex ejus imitatione, terrena despicere, & Cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

℣. Dominus vobiscum ℟. Et cum spiritu tuo.

Cantores.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

Postea Superior , & professum , & adstantes benedicat dicens.

Benedicat vos omnipotens Deus , Pater , & Filius , & Spiritus sanctus.

℟. Amen..

Quibus peractis , memoria fiat in libro , ad hunc usum specialiter deputato ; Professum nomine , cognomine , Patria , et atque , diei quoque , mensis , & Anni numero ; in cuius item manibus ; & quod loco præterea professus est , ad Decretorum prescriptum , diligenter annotatis : cui Professus ipse propria manu subscribat . Tum præterea primo quoque tempore Guardianus Provincialem admonet (si absens fuerit) ut singula referantur in librum , ut supra perpetuò servandum .

F I N I S.



